UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Preceptorium diuine legis venerabilis fratris Joha[n]nis Nider de ordine predicatorum

Nider, Johannes

Nurnberge, 28.VII. 1496

Capitula septimi precepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31252

Visual Library

B rati prefert. ¶ Querit̃ ſcđo. an ieiunia
poſſint redimi ꝑ pecunia vel alio mõ
Rñ. ſm Innoc̃. ꝙ triplex ẽ ieiuniũ.
Vnũ ab ecclia mãdatũ. de quo ſupra
⁊ hoc nõ põt redimi. niſi cã vel neceſſi
tas in ieiunãte ſbſit. Alia ieiunia ſũt
volũtaria. id eſt. votiua. ⁊ talia ſine cã
que in ieiunãte ſubſit dũmodo al's ſit
vtile redimi pñt autoritate ſupioris.
Tertio ſunt ieiunia in penitẽtiã iniũ
cta. ⁊ de iſtis idez eſt ſic̃ de volũtarijs.

¶ Preceptũ. vij. Capitulum. j.

**M**odo videndũ
eſt de ſeptimo precepto
Non furtũ facies. Vbi
nõ ſolũ deus ꝓhibet fur
tum ſꝫ rapinã. omnẽ infidelẽ emptõẽ.
venditionẽ. laborẽ. ⁊ oẽs modos qb⁹
hõ volũtarie infert alteri damnũ in re
bus ſuis tpalibus. Quod notauit
Aug. cũ in queſtiõib⁹ ſup Exo. dixit.
Furti noĩe intelligit̃ oĩs vſurpatio rei
aliene. Non enĩ rapinã pmiſit q̃ furtũ
ꝓhibuit. ſꝫ a pte totuz ꝓhibere voluit.
Vñ ꝯtra auariciã hoc mãdatũ tradit̃
De q̃ videnda ſunt tria. Primo q̃d ſit
auaricia. ⁊ q̃le pctm̃. Scđo ꝙ̃ deteſta
bilis ſit. Tertio cur diuitie q̃ ſunt inſi
A ma bona tãtũ diligũt̃ ab hoĩe. ¶ Circa
ad pmũ ſciendũ. ꝙ auaricia capit̃ ſm
Thom. ij. ij. q. cxviij. dupl'r. Vno mõ
eſt inordinatus appetit⁹ ſeu amor ha
bẽdi ⁊ poſſedendi aliena. Ex q̃ amore
mouet̃ homo ad volẽdũ ſeu poſſiden
dũ aliena indebite. videlꝫ ſurripiẽdo
ea aut retinẽdo. ⁊ ſic auaricia opponi
tur iuſticie. Et ſic accipit̃ Ezech. xxij.
Principes eius in medio ei⁹ q̃ſi lupi
rapiẽtes predã. Alio mõ accipit̃ aua
ricia ꝓut eſt inordinat⁹ amor ⁊ appeti
tus ad diuitias ꝓprias. Vt cũ quis ni
mis amat res vtiles exteriores ⁊ ꝓpter
hoc nimis deſiderat eas acq̃rere. aut
nimis complacet in iam poſſeſſis. et
ideo nimis retinet eas. ꝙ̃uis nõ velit
rape aut retinere aliena. Et ſic oppo
nit̃ liberalitati. que moderat̃ hmõi af
fectiones circa ꝓprias diuitias. Hꝫ aua
ricia ſemꝑ eſt pctm̃. Vñ Heb. vlt̃. dr̃
Sint mores. id eſt. vita ſine auaricia.
cõtenti pñtibus. id eſt. nõ ſint cupidi
nõ habitoꝝ. vbi glo. Auarus ẽ qui te
nax eſt in largiẽdo. cupidus in accipi
endo. ¶ Ex quo pꝫ. ꝙ auaricia nõ ſolũ B
eſt in diuitib⁹ q̃ plus debito acq̃runt
diuitias. aut retinẽt. ſꝫ etiaz eſt in pau
peribus. q̃ lꝫ nõ habeãt ſupflua. tamẽ
ſic inordinate amãt diuitias ꝙ ex hoc
mouent̃ ad deſiderandũ eas ſupflue.
aut ſupra debitũ modũ. aut in paruis
diuitijs ſic amore herẽt vt indebite in
eis delectent̃. aut eas indebite retine
ant. Vñ ſup illud pš. lj. Videbũt iu
ſti ⁊ timebũt ⁊ ſup ipm ridebũt ⁊ dicẽt
Ecce homo q̃ nõ poſuit deũ adiutorẽ
ſuũ. ſꝫ ſperauit in multitudine diuitia
rũ ſuaꝝ. dicit Aug⁹. Audiuit aliquis
paupꝫ ꝓphetã dicentẽ. ſperauit in mul
titudine diuitiaꝝ ſuarũ. ⁊ cõtinue at
tẽdit pãnos ſuos. reſpexit forte iuxta
ſe diuitẽ ornatius indutũ. ⁊ ait in cor
de ſuo. de illo dicit. nunq̃d de me: Cõ
tra qđ ſubdit Aug. Noli te inde exci
pere. noli te inde ſepare niſi videris et
timueris ⁊ pctã rideas. Naz quid tibi
prodeſt ſi egeas facultate ⁊ ardeas cu
piditate. hoc ergo attẽdite ne paſſim
diuites rephẽdatis ⁊ rurſum de paup
tate ⁊ egeſtate pſumatis. Et ꝙ̃uis ita
ſit de paupibus vt dictũ ẽ. tñ auaricie
ſupfluus amor frequentius ⁊ magis
abundat in diuitibus. q̃ ex hoc ꝙ ali
quis diuitias poſſidet. allicit̃ animus
eius ad earũ amorẽ. Sicut etiã ex cõ
tinua cohabitatiõe mulierũ efficit̃ q̃s
incõtinẽs. eo ꝙ vterq3 materiã ſui cri
minis hꝫ pñtem. Vnde Aug. in epl'a
ad Paulinũ ⁊ Thereſiã dicit. ꝙ terre
na artius diligunt̃ adepta ꝙ̃ concupi

ta. Nam cur ille iuuenis diſceſſit niſi
q̄ magnas habebat diuitias. Aliud eſt
eñ nolle incorporare q̄ deſunt. aliud
iã incorpata diuellere. Illa eñ velut
extranea repudiant̄. Iſta vo velut mē
bra pſcindunt̄. Et Chryſo. ſup Matt.
Appoſitio diuitiaꝝ maiorem accēdit
flāmā ⁊ vehementer fit cupido. ¶ Nū
C autē ille due auaricie ſint pctā morta-
lia vel nō. Notādū ſm Tho. ꝙ auari-
cia. Pmo mō videlꝫ ꝓut opponit̄ iu-
ſticie q̄ ad act⁹ ſuos eſt de genere ſuo
pctm̄ mortale q̄ act⁹ eius ſunt iniuſtā
acceptio. ⁊ retētio alieni. Et ſic ptinēt
ad rapinā ⁊ furtū. q̄ ſunt mortalia. vt
patebit in ſequētib⁹. Sꝫ ſcdo mō aua
ricia. capiēdo eā ꝓut opponit̄ liberali
tati. ꝓ amore inordinato diuitiaꝝ ꝓpri
arū. ſic ē aliqñ pctm̄ mortale. aliqñ ve-
niale. Quia vt dicit ſanct⁹ Tho. ſcda
.ij. q. cxviij. ſi hō diligit diuitias ſuper
flue ⁊ plus debito. nō tñ plus q̄ deuꝫ
ſꝫ citra deū. nec vellet ꝓpt̄ diuitias ali-
qd facere qd eēt ꝯtrariū amori dei aut
proximi. tunc talis auaricia ē pctm̄. q̄
immoderat⁹ amor ⁊ ꝯ rectā rōnē. ſꝫ eſt
veniale. eo ꝙ nō ē ꝯtrarium charitati
dei. aut ꝓximi. Si aūt amor exterioꝝ
reꝝ ſit tam immoderat⁹ ⁊ magnus. ꝙ
hō plus diligat diuitias vl̄ rem aliquā
vtilē q̄ deū. vt q̄ plus vult carere dō.
q̄ tali re. vl̄ qñ ꝓpt̄ amorē diuitiaꝝ nō
veret̄ facere ꝯ amorē dei aut proximi
tūc talis auaricia eſt pctm̄ mortale. ſic
cū amore nō neceſſarij lucri ⁊ ſine cau
ſa rōnabili violaret diē dñicū. aut mul
tū ſolennē diē. aut plurat aut damnifi
cat ꝓximū. ⁊ ſic de alijs auaricie filia-
bus. Et h vult apl's Rom. j. vbi cū pre
miſiſſet. Repletos oī iniq̄tate. fornica
tione. auaricia. ⁊ ſilibus. ſubdit. Qui
D talia agunt digni ſunt morte. ¶ Quo
ad ſcdm pncipale notādū. ꝙ auaricia
eſt valde deteſtabile viciū ꝓpter q̄nq̄.
Primo. quia eſt capitale vicium. ex q̄

filie valde nociue oriunt̄ ſm Gregor.
.xxxj. moral. Differūt aūt mortale vi-
ciū ⁊ capitale. Quia mortale eſt q̄li-
bet priuās hominē vita anime. quod
eſt gratia. ⁊ vita eterna priuat. cui pec
cato debet̄ ꝓ pena mors eterna. ⁊ ta-
lia mortalia ſunt valde multa. Sed ca
pitale ē ex quo multa alia pctā vt fre-
quēter oriunt̄ p modū principij ⁊ cau
ſe efficiētis. Vñ ſicut caput eſt princi
pale mēbrū. ⁊ tanq̄ principiuꝫ a quo
alia quodāmō oriunt̄ ⁊ dirigūtur. Et
ſic dux exercitus ꝓpt̄ pncipalitatē ali-
os regit. Sic ad ſilitudinē taliū. que-
dam ſūt vicia q̄ ꝓpter pncipalitatem ⁊
depēdentiā alioꝝ ab ipis dicunt̄ capi
talia. Et ſunt ſeptē. quoꝝ vnū ē auari-
cia. De q̄ Tho. ij. ij. q. cxvij. declaran-
do filias auaricie. q̄s vbi pus enume-
rat Greg. dicit. ꝙ auaricia eſt ſuper-
fluus amor habēdi diuitias. Et in du
obus abūdat. Primo in retinendo. ⁊
ex hac parte ex ea orit̄ obduratio con
tra miſcdiaꝫ. q̄ ſcꝫ cor nō emollit̄ mi-
ſericordia vt diuitijs ſuis ſbueniat mi
ſeris. Scdo auaricia abundat in acci
piendo. Et ſm hoc auaricia pōt cōſi-
derari dupl'r. Vno mō ſm ꝙ eſt in af
fectu. ⁊ ſic ex auaricia orit̄ inq̄etudo.
in q̄ntum ingerit hoī ſollicitudines. et
curas ſupfluas. Alio modo poteſt cō
ſiderari i effectu. ⁊ ſic in acq̄rēdo alie-
na vtit̄ aliqñ vi. qd ptinet ad violentiā.
Quñq̄ aūt dolo q̄ ſi fiet in vbo erit fal
lacia q̄ntū ad ſimplex vbū. piuriū aūt
ſi addat̄ ꝯfirmatio iuramēti. ſi aūt do
lus ꝯmittat̄ in ope. ſic q̄ntū ad res erit
fraus. q̄ntū ad pſonas erit pditio vt pꝫ
de Iuda qui pdidit xp̄m ex auaricia.
¶ Scdo facit ad deteſtatiōꝫ auaricie. E
ꝙ nā illō viciū diſſuadet. q̄ terrā volu
it eē infimā ⁊ oīm ꝯculcari pedib⁹. pe-
cunia autē ⁊ oia appciabilia pecunia
ſūt t̄ra rubra vl̄ alba. ſm Bern. vl̄ ter-
rena. In cuius ſignū legit̄ Act. iiij. ꝙ
a

pꝛimitiui de eccleſia ꝑcia domoꝝ vel
agroꝝ ſuoꝝ ponebãt ante pedes apl'o
rũ. Nõ ꝛ Joſeph ibidẽ fecit. Sup quo
glo. dicit. Docet calcandũ eſſe aurũ ꝛ
ſubdi pedib⁹ apl'oꝝ. Itẽ aia ſm natu-
ram ẽ ſublimioꝛ ꝛ purioꝛ celo. vtpote
deo ſimilioꝛ. Vñ in li. de cauſis dicit
eſſe in oꝛizonte eternitatis. id eſt. me-
dia inter coꝛpalia ſeu tpalia ꝛ eterna. q̄
ſunt angeli ꝛ de⁹. idcirco dꝫ eẽ exalta-
ta a terrenis. ꝛ ſi terrenis inheret. tũc
celũ terrã tãgit ꝯtra nãm. Itẽ aia ſm
Berñ. celũ ẽ in q̄ de⁹ habitat terra vo
ſcabellũ dei. ſm illõ ꝓphe. Celũ mihi
ſedes ẽ. terra aũt ſcabellũ pedũ meoꝝ
Eſa. lxvj. Abſurdũ ẽ celũ. i. aiaꝫ terre
F nis repleri. ¶ Tertio facit ad deteſta-
tionẽ auaricie ve multiplex p ſcptura͂
cõminatũ. Vñ Eſa. v. Ve q̄ ꝯiungit[illegible]
domũ ad domũ. ꝛ agrũ agro copula-
tis vſq3 ad terminũ loci. nũqd habita-
tis ſoli vos i medio terre: Abacuk. ij.
Ve q̄ ꝯgregat auariciã malaꝫ domui
ſue. Amos. vj. Ve q̄ opulenti eſtis in
ſyon. Luc. vj. Ve vobis diuitib⁹ q̄ hic
hẽtis ꝯſolationẽ vr͂aꝫ. Jaco. v. Agite
nũc diuites. ploꝛate vlulãtes in miſe-
rijs vr͂is q̄ aduenict vob. diuitie vr͂e pu
trefacte ſũt. ꝛ veſtimẽta vr͂a a tineis co
meſta ſt. argẽtũ vr͂m ꝛ auꝝ eruginauit
ꝛ erugo coꝝ i teſtioniũ vob erit. ꝛ mã-
ducabit carnes vr͂as ſic ignis. In ep'la
Jude dr̄. Ve his q̄ in via Cayn abierũt
q̄ auariciã ſecuti ſũt ꝛ erroꝛe Balaam
mercede effuſi ſũt. ꝛ in ꝯdictiõe Cho-
re abierũt. Apoc. viij. Ve. ve. ve. habi
G tãtib⁹ in terra. Habitãtes aũt in terra
admodũ talpaꝝ ſunt auari. Nec mi-
rũ cũ ap'ls dicat Eph. v. Auaricia eſt
G idoloꝝ ſuit⁹ ¶ Quarto deteſtabil' eſt
qꝛ tria q̄ debem⁹ dare deo fidẽ. ſpem ꝛ
charitatẽ. dat diuitijs. Fidẽ dat. quia
plus credit de diuitijs q̄ꝫ de deo. eo q̄
putat ſibi diuitias debere ꝓcurare ne
ceſſaria. q̄ſi de⁹ curã ñ habeat de ſuis

ſuis. ꝯtra illud Matth. vj. Cõſiderate
lilia agri. volucres celi. ſtaturã agri. et
ſimilia. Spem dat. qꝛ putat ꝯſolatões
veras diuitias cõferre. ꝛ virtutũ diui-
tias triſticias facere. contra illud xp̄i
Joh. xvj. In me pacẽ habeat[illegible]. in mũ-
do preſſuraꝫ hẽbitis. Et Matth. xix.
Ois q̄ reliquerit domũ. vel frẽs. aut
ſoꝛoꝛes. aut patrẽ. aut matrẽ. aut vxo-
rem. aut filios. aut agros ꝓpt' nomen
meũ. cẽtuplũ accipiet ꝛ vitã eternã poſ
ſidebit. Charitatẽ diuitijs tradit. quia
vbi ẽ theſaur⁹ tu⁹ ibi ẽt ꝛ coꝛ tuũ Mat.
. vj. ¶ Quito facit ad deteſtationẽ aua H
ricie. q̄ int' infirmitates ſpũales ipſa
vna ẽ de peioꝛib⁹. Vñ Eccl'iaſtes. v.
Eſt infirmitas peſſima quã vidi ſb ſo-
le. diuitie ꝯſeruate in malũ dñi ſui. pe
reũt eñ in afflictiõe peſſima. Merito
dic̄ peſſima. qꝛ infirmitas mala ẽ debi
litas coꝛpis. ſꝫ h' in bonũ cedit aie. Eſt
infirmitas peioꝛ pctm̃ veniale. ꝛ q̄daꝫ
moꝛtalia. qꝛ aiaꝫ vulnerãt. ꝓpter q̄ vul
nera xp̄m medicũ venire opoꝛtuit. ſꝫ
auaricia ẽ infirmitatum peſſima q̄ ad
plura. ſic ꝛ infirmitas magna coꝛpis.
Pꝛimo qꝛ diuturna eo q̄ mã vix ꝑfe-
cte euacuat'. vt pꝫ in diuite iuuene. q̄
noluit relinquere oia. Scd̃o qꝛ conti
nua. Eccl'iaſtes. iiij. Vn⁹ eſt ꝛ ſecũduꝫ
nõ hꝫ. nõ filiũ. nõ fratrẽ. ꝛ tñ laboꝛare
nõ ceſſat. Tertio qꝛ acerbe affligit i re
tinẽdo. g̃ui⁹ i acq̄rẽdo. g̃uiſſime vo in
amittendo. j. Timoth. vj. Radix oim
maloꝝ eſt cupiditas. Et ſtatim ſequi
tur. Quam quidẽ appetentes errane
runt a fide. ꝛ inſeruerunt ſe multis do
loꝛib⁹. Quarto qꝛ peſtis eſt vniuerſa-
lis. Nã iuuenes ꝛ ſenes. diuites ꝛ pau
peres. infirmos ꝛ ſanos. ſtultos ꝛ ſapi
entes. clericos inficit ꝛ ſeculares. non
ſic aũt ẽ de luxuria. Vnde Hiere. vj.
A minoꝛe vſq3 ad maioꝛem omẽs ſtu
dent auaricie. ꝛ a ꝓpheta vſq3 ad ſacer
dotem. cuncti faciũt dolum. Seneca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quid ſtultius ꝙ̃ deficiēte viaviaticū augere. Quinto qꝛ celeſtis medicus hanc infirmitatē ad mortē q̄ſi iudicauit. Matth. xix. dicēs. Amē dico vob qꝛ diues difficile intrat in regnū celorū. Sexto. qꝛ hec auaricia expertiſſimo ꝛ potētiſſimo medico a cura abſtulit vnū infirmū Iudā videlicet. Septio. qꝛ celeſtē medicū irriſit. ꝛ ad vltimuꝫ interfecit. Vn̄ Luc. xv. Audiebāt verba hec phariſei q̄ auari erant. ꝛ irridebāt eū. Octauo. qꝛ hec infirmitas nimis varia eſt vt peritiſſimi aīarū medici vix eā cognoſcāt. vt pꝫ in vſurarijs cōtractibꝰ. ſymonijs ꝛ mercationibus. Tot em̄ inuētiones ꝛ modos inuenit humana malicia in acq̄rēdo tp̄alia ꝛc̄. Vnde Gen̄. xx. Abimelech dedit Sare mille argēteos in velamē oculoꝝ. Nono. qꝛ xp̄s ꝫ hāc infirmitatē indixit ꝙ nullus eiꝰ diſcipulus eſſe poſſit niſi renunciet oibus q̄ poſſidet Luc. xiiij. ¶ Quo ad tertiū p̄ncipale. Cur diuitie nō ſatiēt appetitū. ſm qḋ dr̄ Eccleſiaſtes. v. Auarꝰ nō implebit pecunia. Et ſm ph̄m. li. polit. appetitus pecunie ē in iſinitū. Dicēdū ꝙ hꝰ ſunt q̄nq̧ cauſe. P̄ria ē capacitas aīe infinita. q̄ aptitudinata ē ad ſolū deū recipiēdū ſi dꝫ ſatiari. vn̄ Aug. li. ꝯfeſ. Feciſti nos dn̄e ad te ꝛ inq̄etuꝫ eſt coꝛ nr̄m donec req̄eſcat in te. Et Sap̄. xj. Cū oꝛb terrarū ſit an̄ deū q̄ſi gutta roris an̄ lucani. q̄ deſcēdit i terrā. Quō finitū poſſet ſatiare infinitū? Scd̄a cā eſt infineitas ioꝛdinati affectꝰ ꝛ finitas rex tp̄aliū q̄ ad nr̄a p̄uerſa deſideria. Nullo em̄ fine mēſurat̄ affectꝰ eiꝰ q̄ cupit oiꝫ gloꝛiāꝝ gr̄aꝫ hr̄e ac ſupplecionē defectuū. qḋ tn̄ cuilibet ipoſſibile ē. vt pꝫ in xp̄o p̄fectiſſimo hoie. de q̄ Ioh. vij. quidā dicebāt. qꝛ bonꝰ ē. alij dixerūt neq̄q̄ꝫ. ſed ſeducit turbas. Cū aūt finitū nō poſſit replere vl̄ ꝓpoꝛtionari infinito, nc̄c̄e ē vt deſideria tēpoꝛaliū diminuamꝰ. ꝛ tūc pauca ſufficiūt. vt pꝫ in aīalibꝰ brutis. Et. j. Timoth. vj. Habētes alimētū ꝛ q̄bus tegamur his ꝯtēti ſimꝰ. Ideo Seneca. Si vis te diuitē facere nō pecunie eſt adijciendū ſꝫ cupiditati ſubtrahendū Tertia cā ē. qꝛ noua tp̄alia acq̄ſita ſꝑ vel freq̄nter aliqḋ vacuū req̄runt in q̄ recipiant̄ vel vt cuſtodiātur. vel potiꝰ habēt defectꝰ ān̄exus. Exēpli gr̄a. Si acq̄ris aurū indiges ſcrinio. ſera ꝛ camera. ſi vaccā. indiges ſtabulo feno ꝛ famula. Si adijcis tp̄alia. plura vis hr̄e fercula. familiā. ꝛ ita de ſitibus ſimile ē iudiciū. Ideo Eccleſiaſtes. v. Vbi ml̄te ſūt opes ꝛ ml̄ti ſūt q̄ comedūt eas. Tales em̄ faciūt ſicut multū ſitiētes q̄ ad extinguēdū ſitim aquaꝫ aquā ſalſaꝫ bibūt. nā i eo ꝙ aq̄ ē ſitim habet extinguere. ſꝫ qꝛ ſalſa ē. ſitim hꝫ ꝓuocare. Sic tp̄alia aliquē defectum tollūt. ſꝫ ad alia plus affectū accēdūt Ideo Ioh. iiij. Qui biberit ex aq̄ hac ſitiet iterū. Quarta cā eſt. qꝛ errant in ſatiſfaciēdo potētie que ſitit ꝛ defectū principaliter patit̄. puta intellectus q̄ vult p̄mū verū ſm Auerroim ſuper illo. p̄. metaph. Oīs hō natura ſcire deſiderat. Et p̄mū bonū. ſm illud. j. ethi. Oīa bonū appetunt. Sed auari ſi ſitim principalē vellent extinguere ſcientiā ꝛ virtutes deberent primo acquirere ꝛ tūc ceſſaret ſitis reſpectu alioꝝ. ſm illud Ioh. iiij. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo. nō ſitiet in eternū. Quia vo auari nō ſic faciūt ſed tp̄alia q̄ nec in intellectū nec in affectū poſſunt ponere ſꝫ bn̄ in ciſtā vel ſtomachū. iō nunq̄ꝫ ſatiant̄. ſicut nec ille coꝛpalem ſitim ſedaret q̄ potuꝫ in calciū doliū pedes aures vl̄ hm̄oi poneret. Quinta cauſa eſt. qꝛ aīa ē ſpiritualis ꝛ tp̄alia ſunt coꝛp̄alia. talium aūt nulla ē ꝓpoꝛtio. Vn̄ ſicut ciſta nō pōt eē ꝓpoꝛtionata ſapie. ſic nec aīa

K tpalibus. ¶ Tertio ꝑncipaliter querit᷑
Un̄ ꝓueniat tant⁹ affectus ad diuiti-
as cum tñ tot curis ⁊ malis acq̄rant᷑ ⁊
poſſideant᷑ ⁊ amittant᷑. R̄n̄. ꝙ ex trib⁹
Primo q2 hoıes multū diligūt corp⁹
honores. ꝓſidētias. ⁊ hm̄oi. ⁊ ſm hu-
manā eſtimationē putat᷑ ꝙ ꝑ pecuniā
talia adipiſcant᷑. Sed videant hi exē
plum. Luc. xij. diuitis q̄ multis diui-
tijs cōgregatis ait aïe ſue Jam gau-
de epulare ⁊ letare. q2 repoſita habes
multa bona in annos plurimos. ꝫ ei
dicit᷑. Stulte hac nocte repetent aïaʒ
tuā a te. ⁊ que cōgregaſti cuius erunt
Scd̄o q2 hoıes nō cogitāt mala ꝓue-
niētia ex diuitijs ꝑus tacta. Un̄ apl's
.j. Timoth. vj. Radix oīm maloꝝ eſt
cupiditas. id eſt. auaricia. Et iterū ibi
dē. Qui volūt diuites fieri incidūt in
temptatiōes ⁊ in laq̄os diaboli. ⁊ in de-
ſideria inutilia ⁊ nociua q̄ mergūt ho
mines in interitū ⁊ in ꝑditionē. Exē-
plū ꝺ ꝯtractib⁹. laborib⁹. ⁊ hm̄oi. Ter
tia cā eſt q2 vt ꝑus tactū nō cupiditati
detrahē ſtudēt hoıes ꝫ pecunie adij-
ciunt. Un̄ fere tā impoſſibile eſt quē
cū auaricie obiecto carere auaricia. ſi
cut luxurie obiecta habēdo. id eſt. mu
lierū frequētia ⁊ caſtū eſſe. Jdeo ſicut
ignis nō extinguit᷑ ꝫ incendit᷑ ſi mate-
ria lignoꝝ aptoꝝ ſibi miniſtret᷑. Sic ⁊
auaricia. Non ḡ mirū ꝙ dn̄s diuitias
ſpinis compat Math. xiij. dicēs. Sol
licitudo ſeculi ⁊ fallacia diuitiarū ſuf
focāt verbū dei. Diuitie em̄ ſm Aug.
velut bitumē auiū ſunt. ⁊ ſi eas nō ca
piat. tn̄ multarū ꝯtemplationū pēnis
priuat. Un̄ Ceſari⁹ diuites in ſuo ſta
tu compat aptiſſime naui in mari tē-
peſtatib⁹ quaſſate. que aut perit. aut
mergit᷑. aut iactura onerū vacua ad li
tus venit. Sic reuera diuitū ſtat⁹. aut
ad infernū trahit. aut in purgatoriuʒ
mergit aut plurimū gl'ie gdib⁹ ꝑuat.

¶ Capitulum. I.

De obduratione q̄ eſt filia aua-
ricie. et de miſcd̄ia q̄ opponit᷑
obdurationi videbunt᷑ ꝑncipa
liter tria. Primo q̄d ſit obduratio. q̄d
miſcd̄ia. q̄d elemoſyna. ⁊ q̄ ei⁹ fruct⁹.
Scd̄o q̄s poſſit elemoſynā dare. quō
debet dari ⁊ q̄b⁹. Tertio q̄ ſint elemo-
ſyne ſpūales. q̄t ⁊ quō corꝑalibus ele-
moſynis ſint meliores. ¶ Quātuʒ ad ꝑ- A
mū nōndū ꝙ obduratio ē q̄daʒ a mie
oꝑib⁹ obſtinatio. Eſt aūt mīa ſm Au
guſtinū. ix. li. ꝺ ciui. dei. aliene miſerie
in corde nr̄o cōpaſſio cui cū poſſum⁹
ſubuenire cōpellimur. Sūt aūt dupli
ces ꝓximoꝝ defect⁹. Quidā ſpūales
q̄bus ſbuenit᷑ ꝑ ſpūales elemoſynas.
de q̄bus i tertio ꝑncipali dicetur. Alij
ſunt corꝑales. q̄bus ſbuenit᷑ ꝑ corꝑa-
les elemoſynas. vt ſūt ſeptē oꝑa mie
corꝑalia ꝯtenta Matth. xxv. Et ꝭ ver
ſu. Viſito. cibo. poto. redimo. tego.
colligo. condo. Modo auaricia q̄ eſt
inordinat⁹ amor diuitiaꝝ facit cor du
rū ⁊ nō ꝑcipe miſeroꝝ defect⁹ nec cō-
pati. aut nō tm̄ q̄ntū deberet q̄s ꝑ tpa
lia effectu vl' ſaltē affectu. ¶ Eſt aūt ele B
moſyna ſm Tho. ij. ij. q. xxxij. artic. j.
opus q̄ indigēti dat᷑ aliq̄d ex cōpaſſio
ne ꝓpter deū. Et ſunt elemoſyne effe-
ctus ſm Tho. in q̄rto ꝑncipales ⁊ ma
gni. Prim⁹ ꝙ ſatiſfacit ꝓ pctis q̄ hic
aut in purgatorio luere deberemus.
Un̄ ſʒ doctores. Duran. Pe. Pa. ⁊
etiā alios in. iiij. diſ. xv. elemoſyna in-
ter tres ptes ſatiſfactōis. q̄ ſūt ieiuniū
⁊ orō. eſt cōmitatiue magis ſatiſfacto
ria. ſuppoſita pari grā ⁊ charitate. Ra
tio. q2 in elemoſyna ꝟtualiter ꝯtinent᷑
alie partes. vt ieiuniū ⁊ orō triplici de
cauſa. Prio. q2 cui dat᷑ elemoſyna cō-
ſtituit eū debitorē ad ieiunādū ⁊ oran
dū ⁊ ad faciendū alia bona. q̄ pōt qui
dedit. loq̄ndo de debito morali nō ci-
uili. Secūdo. q2 elemoſyna ꝓpt᷑ deuʒ
data eſt q̄ſi q̄dam oblatio deo facta.

Vnde i.iiij.eth.di. ꝙ dona hn̄t aliq̄d ſimile deo ſacratis. Oblatio aūt facta deo vim oꝛonis habet. frequēter enim plus imperat donum ꝙ̄ ſupplicatio. Tertio cū bona exterioꝛa ad cōſeruationē coꝛpis oꝛdinent̄. ſubtractio eoꝝ ꝑ elemoſinā cōtinet v̄tute ieiunium. ⁊ plerūqꝫ contingit ꝙ aliqͥs artius viuit ex h̄ ꝙ ſua dedit. ḡ elemoſyna ꝯpleti⁹ habet vim ſatiſfactiōis ꝙ̄ oꝛo vel ieiuniū. Et idcirco elemoſyna idicit̄ etiaꝫ per ſcripturā. vt vniuerſalis medicina pcti. Luc. xj. Date elemoſynaꝫ. ⁊ oia mūda ſunt vobis. Et Thobie. iiij. Elemoſyna ab oi pctō liberat ⁊ a moꝛte. ⁊
C nō patiet̄ aiam ire in tenebꝛas. ¶ Secūdus effect⁹ ſeu fruct⁹ elemoſyne eſt ꝙ miſericoꝛdes ꝑ opa miſcōie freq̄nt̄ a magnis pctis reſurgūt. Vn̄ Matt. v. Beati miſericoꝛdes quoniā ⁊c. Et Matth. xxv. diſceptatio fiet de miſericoꝛdie opib⁹ que ibi enumerāt̄. Et .j. Timoth. iiij. Pietas ad oia valet. dic̄ glo. Amb. Ois sūma diſcipline xpiane in miſcōia ⁊ pietate eſt quā aliqͥs ſequēs ſi carnis lubꝛicuꝫ patit̄. ſine dubio vapulabit. ſꝫ non peribit. Quā auctoritatē Tho. in. iiij. diſ. xlvj. exponēs dic̄. ꝙ ſic intelligi pōt. ꝙ in vita iſta exiſtentes. illi q̄ ex fragilitate in carnalia pctā incidūt moꝛtalia ſeu venialia per opa miſcōie ad pniam diſponunt̄. vn̄ talis nō ꝑibit. i. diſponetur ꝑ talia opa ad nō pereundū. Ad idem ē Aug⁹. in epl̄a ad Eunodiū. vbi refert Aug⁹. ſe a Ginnadio medico audiuiſſe q̄ Ginnadius cū iunioꝛ eēt elemoſynas magnas daret. ⁊ cū de vita poſt moꝛtem dubitaret. doꝛmiēte Ginnadio. apparuit ei iuuenis pulcerrim⁹. ⁊ ſe ſequētē duxit ad ciuitatē i q̄ ſonos audiuit ad dexterā ſupꝛa modū ſuaues. q̄s cū a iuuene audiſſet foꝛe gaudia beatoꝝ euigilauit Ginnadi⁹. Alia aūt nocte. iuuenis iteꝝ doꝛmiēti apparens q̄rit. an ſe. i. iuuenē cognoſcat. Qui rn̄dit. ꝙ ſic. Et iuuenis ꝑ que? Rn̄dit Ginnadius ꝑuiſionē alteri⁹ noctis. Et iuuenis. Nunquid vides me in ſomno? Rn̄dit Ginnadius ꝙ ſic. Et iuuenis. Vbi ē mō coꝛp⁹ tuū? Rn̄. Ginnadi⁹. In cubiculo meo. Et iuuenis. Scis ne in eoꝛū coꝛpuſculo ligatos oculos tuos hr̄e ⁊ nihil eis mediātib⁹ videre? Rn̄. Ginnadi⁹ ſcio. Et iuuenis. qui ḡ ſūt ocl̄i qͥb⁹ nūc me vides? Et ille non inueniēs q̄d rn̄deret obmutuit. Et iuuenis ait. Sic̄ ocl̄i carnis tue iam me nō vidēt ſꝫ ocl̄i tue mētis. ſic poſt moꝛtē coꝛpe iacēte. aia viuit ⁊ ocl̄is ē tim̄s videbis. noli eē ammodo incredulus. Qua ex viſiōe ois dubitatō a Ginnadio receſſit. opib⁹ miſcōie. dicit Aug⁹ adiut⁹. Vn̄ vt Hiero. dic̄. Nō memini me legiſſe male moꝛtuū. q̄ libēter exercuit opa pietat̄. Habꝫ. n. mltos interceſſoꝛes. ⁊ ipoſſibile ē multoꝝ p̄ces non exaudiri. Et Leo papa. Quicq̄d in opa pietat̄ expēdit̄ nō minuit̄ ſꝫ auget̄. nec vnq̄ꝫ apud deū ꝑire potuit qd̄ fidelis benignitas erogauit. dū qd̄ cuiqꝫ tribuit id ſibi ad p̄mium recondit.
¶ Tertius effect⁹ elemoſyne ē meritū D
p̄remij eēntialis ⁊ accidētalis. ⁊ h̄ ſm̄ ꝙ magl̄ dat̄ de t̄palib⁹. vl̄ ſm̄ ꝙ ex maioꝛi charitate dat̄. Vn̄ dic̄ Tho. i. iiij. diſ. xv. tractando queſtionē. An plus mereat̄ de p̄mio ⁊ fructu. q̄ dat multū de t̄palib⁹. vel an ille q̄ dat modicū ex magna charitate. ſic rn̄det. Elemoſyna efficaciā hꝫ ex ipo faciēte inq̄ꝫtum eſt q̄ddā opus meritoꝛiū. ⁊ ex recipiēte inq̄ꝫtū obligat̄ ad oꝛandū ꝓ illo qui elemoſynā dedit. Si ḡ conſideret̄ elemoſyne efficacia ex parte recipientis. ſic maioꝛ efficacia in maioꝛi dato conſiſtit inq̄ꝫtū ꝑ hoc plures ⁊ magl̄ debitoꝛes efficiunt̄. Ex p̄te aūt dantis ſic reſpectu p̄mij eēntial̄ efficacia elemoſyne magis p̄ſat̄ ex affectu ꝙ̄ ex dato

ſed reſpectū p̄mȷ̄ accidētalis. vtpote
remiſſiōis pene. vel alicui⁹ hm̄ōi ma
gnificatur efficacia elemoſyne ex ma-
gnitudine dati. niſi ex altera p̄te inten
ſio volūtatis magnitudini exterioris
dati prepōderet. pōt tū tam intēſa eſ-
ſe volūtas. q̄ etiā oēm penā abſorbet
E reatum ſicut dicit̄ de contritiōe. ¶ Et
ſm̄ hoc intelligit̄ illa glo. ſup illō ps̄.
Qui ſeminat in lachrymis. Magna
inq̄t volūtas multū dedit. multū ſemi
nauit. In hac volūtate illa vidua q̄ mi
nuta duo miſit nō parū ſeminauit. hec
glo. ⁊ Tho. Et ſup. ij. diſ. iiij. dic̄. Act⁹
exterior nihil adiūgit ad p̄miū eēntia
le. tm̄ em̄ meret̄ q̄ h̄ꝫ p̄fectā volūtatem
aliq̄d bonū faciēdi q̄ntū ſi faceret illō
Jō vbi ſupra idē Tho. dic̄ in. iiij. Nul
lus ab elemoſyna excuſat̄. q̄ꝛ ſi pecu-
nia deeſt obſequiū pōt facere vl̄ opus
miſcōle ſpūale. ⁊ ſi h̄ deeſſet. volūtas
cōpleta ſufficeret. h̄ Tho. Ex p̄dictis
p̄ꝫ q̄ elemoſyna h̄ꝫ tres effectus. De
quib⁹ Ecci. xix. Perde pecuniā ꝓpt
fratrē. pone theſauros i p̄ceptis altiſ-
ſimi. ⁊ p̄derit tibi magis q̄ꝫ aurū. quo
ad p̄mū effectū. Quo ad ſcdm̄ ſequit̄
ibidē. Cōclude elemoſynā i ſynu pau
peris ⁊ ipa p te orabit. Quo ad tertiū
dicit̄ ibideꝫ. Et curabit te ab oi malo.
Verū q̄ꝛ hos effect⁹ elemoſyne potiſ-
F ſime diuites negligūt ſepe. ¶ Nōndū
ſm̄ Armicanū ſmōe de ephia. q̄ tria
ſūt gn̄a hoim h̄ntiū diuicias. Primi
q̄ i vita ſua nihil poſt morte i elemoſy
nā dādū ordināt. ⁊ in vita modicā ele-
moſynā aut nullā donāt. p̄uēti morte
aut al̄s p̄pediti citra mortale peccatū
Alij ſunt q̄ in vita nō dant. ſ; in vita or
dināt vt elemoſyne poſt eoꝝ mortem
dent̄. Tertij ſūt q̄ in vita dant elemoſy
nas. Primi ſunt deſides. Scdi ſim-
plices. Tertij prudentes. De p̄mis ⁊
tertijs ſciēdū. q̄ vtilius ē hoi vt det q̄s
denariū vnum in vita ſua. q̄ꝫ vt totius
mundi diuitie alterius ordinatiōe ſo-
lum poſt eius mortē dentur pro eo in
elemoſynam. Quia pro vno denario
dato ex charitate in vita. dans meret̄
vitaꝫ eternam. vel ſpecialem gradum
eēntialis ꝑpetui gaudij. ¶ Teſte Matt.
.x. vbi dicit xp̄s. Quicūq; dederit po-
tum vni ex minimis iſtis calicē aque
frigide tm̄ in nomine diſcipuli. amen
dico vob̄ nō ꝑdet mercedē ſuā. Quan
to ḡ magꝭ meret̄ q̄ ampli⁹ dat in noīe
diſcipli. i. ex charitate qua quiſq; xp̄i
diſcipulus efficit̄. Per nullū aūt bo-
nū datū pro eo poſt mortē alteri⁹ do-
no. etiā ſi daret̄ mūdus corpore⁹. pōt
defuncto mereri gradus perpetuus
gaudij in vita eterna. ſed tm̄ diminu-
tio purgatorij aut ei⁹ totalis pene ab-
latio. Quia ſm̄ omnes doctores theo
logie. nullus poteſt alteri mereri ex-
cepto xp̄o augmentū gr̄e. ⁊ p̄ cōſeq̄ns
glorie. ſ; quilibet ſoluꝫ ſibi. licet aliq̄s
alteri mereri poſſit diminutionem pe
ne. De ſtulticia ergo primoꝝ ⁊ ſecun-
doruꝫ licet minor ſit. dicit Salomon
Eccleſiaſtes. iiij. Conſideraui ⁊ reppe
ri aliā vanitatem ſub ſole. vnus eſt ⁊ ſe
cundū nō habet. nō filiū. non fratrē. ⁊
tamē laborare nō ceſſat. nec ſatiantur
oculi eius diuitijs nec recogitat dicēs
Cui laboro. ⁊ defraudo aiam meā bo
nis. De ſecūdis etiā p̄ꝫ. quomō aiam
ſuā defraudāt. comparando actū dona-
tionis denarij in vita ⁊ ordinatiōis re-
rum poſt morteꝫ. Nam virtus vt dicit
ph̄s. ij. eth̄. eſt circa difficile. Et regnū
celoꝝ vim patit̄ Matt̄. xj. Et Matth.
.vij. Intrate p̄ anguſtam portā. q̄ꝛ la-
ta porta ⁊ ſpacioſa eſt via que ducit ad
p̄ditionē. ⁊ multi ſunt qui intrāt p̄ eā.
Q̄ anguſta porta ⁊ arta via eſt q̄ ducit
ad vitaꝫ. ⁊ pauci ſunt q̄ inueniūt eam.
¶ Ex quo p̄ꝫ q̄ etiā meritum exigit G
actum difficilem ſalteꝫ ex parte op̄is.
ſed in ordinatione tue pecunie dan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de poſt mortem nihil eſt difficile tibi. Quid em̄ pateris cū poſt mortē p̄mo diſtribuit̄ ꝑ te. quo neceſſario velis nolis carebis. datio aūt volūtaria vnius denarij i vita saltē aliquā moleſtiā tibi infert. qꝛ amatū tradis. Multū g̃ aiam defraudat bonis q̄ in vita dare potens ordinat p̄mo poſt mortē dandum. Eſt tamē alterū meritoriū ꝫ tamen longe minus p̄mo. Raro em̄ heredes ꝓpter auariciam exequunt̄ fideliter ordinationē.

¶ Capitulum. iij.

Videndū eſt nūc qn̄ teneamur dare elemoſynā vel non. Ubi ſciendū ꝙ dare elemoſynā ſm Tho. ij. ij. q. xxxij. aliqn̄ eſt p̄ceptū. aliqn̄ cōſiliū. aliqn̄ ꝓhibitū. de q̄bus tri-
A bus videdū erit. ¶ Preceptū eſt. Primo. qn̄ ꝓximus ē cōſtitut⁹ in vrgēte neceſſitate ꝛ piculo vite aut grauis infirmitatis. ꝛ iſte q̄ videt nō habet tunc illā neceſſitatē ꝫ ſupfluū q̄ ad illā neceſſitatē indigēti tūc dare ꝛ ſm poſſibilitē ſubuenire iſti i ſua neceſſitate in victu ꝛ veſtitu cadit ſub p̄cepto. vt cū q̄s occurrit in tali articulo cōſtitutus ꝙ circa eū apparēt ꝓbabilia ſigna extreme neceſſitatis future niſi ei ſubueniat̄ ſi tūc nullus apparet i ꝓmpto q̄ poſſit aut velit ei ſbuenire. tu teneris q̄ntū tibi ē poſſibile de tuo dādo. aut aliūde ordinādo. qd̄ ſi negligis. peccas mortalit̄ ꝯ p̄ceptū de dilectiōe ꝓximi. vn̄ Amb. Paſce fame moriētē. ſi nō paiſti occidiſti. Ita etiā de q̄libet alia nccītate intelligēdum eſt. Iō Baſili⁹. Eſt panis famelici quē tu tenes. tunica nudi quā ꝯſeruas. indigētis auꝝ vl' argētū qd̄ poſſides. q̄circa tot iniuriaꝝ q̄t exhibē valeres. Et addit Tho. diſ. xv. Obligat p̄ceptuꝫ qn̄ apparēt ꝓbabilia ſig̃ extreme nccītatis future. niſi ei ſbueniat̄. vt cū q̄s videt aliq̄s ipotētes vl' pigros ad ſubueniendū. ꝛ pauperē indigētē cibo ꝛ potu ꝛ alijs vite nccarijs. nec ſibi ſatiſfacere poſſe. Nō em̄ ē expectāda vltima nccītas. qꝛ forte nō poſſet iuuari nā iā fame vel ſiti ꝯſūpta. Dic̄ em̄ Chryſo. ſup Ioh. Nō oportet pauperē viulātē deceptorē vocare. Rō aūt dictoꝝ ē qꝛ charitas plus diligit vitā ꝓximi q̄ oia bona tpalia. etiā decētia ſtatū. Vn̄ btūs Martin⁹ cū in decētia veſtit⁹ ſui veſtiuit pauperē. Et h̄ ē p̄ceptū Iohānis baptiſte. Luc. iij. Qui hꝫ duas tunicas. qd̄ ē de nccītate. det vnā nō habenti. qd̄ ē nature. qꝛ ex̄ paradiſuꝫ nō pōt viuere nudus. Videm⁹ etiā bruta nāliter ſbuenire patiētib⁹ neceſſitatē. Vn̄ gallina nutrit alienos pullos ꝛ catti q̄dam alienos fetus. Sic etiā btūs Dnīc⁹ neceſſaria q̄ ad ſtatū ſuū. ꝛ ſupflua q̄ ad ꝑſonā. libros. ꝛ oēm ſupellectilē vēdidit ꝓpt̄ famē pauperuꝫ palētie. Qd̄ qꝛ ꝛ epulo nō fec̄. de quo Luc. xvj. idcirco ſepult⁹ ē in inferno.

¶ Scd̄o elemoſynā dare ē p̄ceptū qn̄ B
quis hꝫ ſupflua. Duplicia em̄ ſunt tēporalia. Quedā ſūt nccāria hoi. Alia ſupflua. Neceſſaria ſunt adhuc duplicia. Quedā ſimpl'r ſine qb⁹ hō eſſe nō pōt aut viuē. Alia ſunt neceſſaria nō ſimplicit̄. ꝫ ſine qb⁹ ꝯueniēter vita trāſigi nō pōt ſm ſtatū ꝛ cōditionē ꝑſone ꝓprie. ꝛ aliaꝝ ꝑſonaꝝ q̄ruꝫ cura ei incumbit. Et tunc q̄ vltra neceſſaria hec ſunt dicunt̄ ſupflua. Vn̄ qn̄ q̄s talia habet ſupflua iſta. ſm Armicanū ſub p̄cepto tenet̄ diſtribuere i elemoſynā pauperū. aut in alios pios vſus. qd̄ ſi quis nō facit trāſgredit̄ mādatū dei ꝛ peccat mortaliter. Qd̄ patet. qꝛ Luc. xj. dicit Chriſtus. Qd̄ ſupeſt date elemoſynā. ꝛ ecce oia mūda ſunt vobis. Et loquit̄ p̄ceptiue. Ideo Chriſt⁹ ad ignē eternū ꝯdemnat eos q̄ eſuriētes nō pauerūt. ſitiētes nō potauerūt. ꝛ ita de alijs Matth. xxv. Qd̄ nō dice-

retur niſi elemoſynā dare caderet ſub
ꝓcepto. ⁊ nō de neceſſario niſi in caſu
neceſſitatis igiꝭ de ſupfluo. Idē vult
beatus Ioh. in. iij. ca. j. vbi nō ſolum
affirmat. ſ; etiā probat. ꝙ qui in reſer-
uatione diuitiarū ſupfluarū claudūt
viſcera pietatis neceſſitatē patiētibꝰ.
peccāt mortaliter. q2 dicit. ꝙ charitas
dei nō manet in eis. eo ꝙ nō diligunt
ꝓximū ope ⁊ ỽitate. ſ; tm̄ verbo ⁊ lin-
gua. Item ꝓbat Tho. ſcđa. ij. q. lxvj.
idem ſic. Ea q̄ ſunt iuris humani nō
poſſunt derogare iuri naturali vel di-
uino. ſ; ſcḋm naturalē ordinē ex diuina
ꝓuidētia inſtitutū. res inferiores ſunt
ordinate ad h̄ vt ex eis ſubueniaꝭ ho-
minū neceſſitati. Et ideo ꝑ rerū diui-
ſionē ⁊ appropriationē de iure huma
no ꝓcedentē nō impediꝭ qn̄ hoīs ne-
ceſſitati ſubueniēdū ſit ex hm̄ōi rebꝰ.
⁊ ideo res q̄s aliq̄ ſupabundanter ha-
bent ex naturali iure debenꝭ pauperū
C ſuſtentationi. Itē de iſtis q̄ ſupflua
diuitiaꝝ cōgregāt dicit Aug. li. de de-
cē cordis. Seruat tibi pater tuꝰ. ſuas
tu filijs tuis. ſeruāt filij tui filijs ſuis.
⁊ nullus ē ſeruatorꝰ ꝓceptū dei. Qua
re illi nō ſeruas oīa qui te ⁊ alios fecit
ex nihilo. neq; eīn meliꝰ cōmittis pri-
moniū tuū filijs tuis q̄ꝫ creatori tuo.
hec ille. Verū. q2 p̄res dicūt ſe excu-
ſando tp̄alia ſe retinere amore filioꝝ.
q̄bus ꝓuidere volūt. vbi tn̄ auaricia
ſepe eſt in cā. Idcirco ſubdit Auguſ.
Amittat amator ſiue ſuator diuitiaꝝ
filiū ſuū. tūc vtiq; ſi ꝓpꝭ filiū ſeruabat
mittet poſt illū parrē ſuā. quare illā te
net in ſeculo ⁊ reliq̄t filiū ab aīo. red
de illi qđ ſuū eſt. redde illi qđ ſuabas
ſi ꝓpter ipm̄ ſic agebas. mortuꝰ receſ-
ſit ad deū. pars illius debeꝭ paupibꝰ
Illi eīn deꝭ ad quē ꝑrexit quia dixit.
Qđ vni ex minimis meis feciſtis m̄ feci
ſtis Videte fratres q2 mēdaciū eſt ꝙ
hoīes dicunt, ſcꝫ filijs meis ſeruo. q̄a
auari ſunt hoīes ideo diuitijs exceca-
ti ſic mētiunꝭ. hec de Aug. Idem p3
de p̄re q̄ ſi i diuitijs filiū aut filiā hēret
qui reformate religionis locū intrare
vellet. pater ei minꝰ q̄ꝫ alteri in ſeculo
manēti daret de pecunijs. nec de reſi-
duo elemoſynā facēt. ex q̄ p3 p̄ris aua
ricia. Vn̄ ꝯcludit Armicanus. vbi. ſ.
Baſilius. Chryſoſto. Hiero. Auguſ.
Amb. Grego. ⁊ Bern. ꝓ ceteris q̄ntū
ego intelligo ex eoꝝ ſcptura ſentētia-
liter tali argumēto vtunꝭ. Quicq̄d eſt
tibi ſupfluū in bonis pauperū cōpu-
taꝭ. cū igiꝭ ſupfluū illđ eis ſubtrahis.
tunc ſubtrahis qđ eis debeꝭ. ⁊ ꝑ cōſe-
quens non eis irrogas ſolū iniuriā. ſ;
etiā cōmittis rapinā. ⁊ ſi ex illa cā mo
riunꝭ paupes. ſic ſubtrahendo qđ eis
debeꝭ. eos occidis. Sed queritur. D
Quid ſit ſupfluum. Rn̄. ſcḋm eundem
Armicanū ibidē. ⁊ Pe. de pa. in. iiij.
diſ. xv. ⁊ alios q̄ etiā minus loquunꝭ
de ꝓpoſito. Supflua bona ſunt q̄ nec
neceſſaria ſunt perſone nec ſtatui. nec
nec ꝑſone accomoda ad hoc vt ꝑſone
ſtatus ⁊ honeſtas ſerueꝭ. Ex quo p3
ꝙ in hoīe ſunt q̄ttuor ꝯſiderāda. q̄ru3
q̄đlibet aliq̄d req̄rit de diuitijs ꝑ que
pōt q̄s rimari an ⁊ q̄ habeat ſupflua.
Primū ē ꝑſona ꝓpria q̄ntum ad eius
temporalē vitā. cōplexionē ſenſus. et
oīa naturalia. vt hō cōſerueꝭ in cōue-
nienti habitudine. ⁊ in valitudine cor
porali. q̄ ſufficit ei ad exercitiū operū
ſpūaliū aīe. ⁊ etiā exercitio corpaliū
operū. q̄ ſibi ex officio ſtatus. aut ſocie
tate. ⁊ eoꝝ cū q̄bus viuit neceſſario in
cūbunt faciēda. neceſſaria ſunt ei aliq̄
tp̄alia. vt cibꝰ. potus. veſtis. hoſpitiū.
⁊ cetera hm̄ōi ſine q̄bꝰ h̄ fieri nō poſ-
ſent. ⁊ iſte diuitie ad h̄ req̄ſite dicūꝭ ne
ceſſarie ꝑſone. ⁊ ad ſic cōſeruādū ꝑſo
nā in bona diſpoſitiōe naturaliū ⁊ cō-
uenienti valitudīe vnꝰ plus indiget q̄ꝫ
alter. Aqua eīn ruſtico ſufficit. q̄ ſola

potata infirmaret diuitē aut debilē in
cōplexiōe. Simplicia ⁊ modica veſti-
mēta ſufficerēt forti q̄ tñ nō ſufficerēt
debili ⁊ ſic de alijs. Et qḋ ſcḋo ē neceſ
ſariū ꝓmo eēt ſuꝑfluū. Et ſunt ꝑfata
nō ſolū intelligēda de neceſſarijs vni
ꝑſone ſoli. ſ; de neceſſarijs ꝑſone ꝑnci
pali et oibus q̄rū cura ſibi neceſſario
incūbit. vt vxoris ⁊ filioꝝ ⁊ ſimiliū. Et
notāter dr̄ neceſſario incūbit. q: non
eſt ſic de ꝑſonis ſponte aſſumptis ad
pompā vl' aliā ſuꝑfluitatē. Ex q̄ pꝫ ite
rū ꝙ vnꝰ pluribꝰ indiget q̄ ad h̄ q̄ȝ alt
q: habēs infirmā vxorē plus idiget q̄ȝ
E habēs ſanā. Secūdū in hoie ꝯſide
randū. eſt honeſtas ꝑſone. q̄ ē excellē
tia ꝑſone in aliq̄bꝰ bonis. q̄ ei inſunt.
rōne q̄rū reddit ꝑſona honore digna
q: Tho. ſcḋa. ij. q. cxlv. dicit. Honeſtū
eſt aliq̄d ex hoc ꝙ eſt honore dignuꝫ.
Vñ ſm Iſiḋ. honeſtas dr̄ q̄ſi honoris
ſtatus. Sed q: honeſtas hoīs maxie
ꝯſideratur ſm virtutē ⁊ oꝑa ꝟtuoſa. Iō
inter oia hoīs bona ꝟtutes reddūt eū
magis honore dignū. Vñ phs. ꝑ. eth.
dicit. ꝙ honor eſt ꝑmiū virtutis. Et in
. iiij. In ꝟitate ſoli boni ſunt honorā
di. Iō etiā honeſtas ꝑſone maxie ē vir
tus ꝑſone. ⁊ oꝑa eius bona. Vñ ſi no
bilitas generis ⁊ aliq̄ exteriora faciūt
hoiem excellentē aut honore dignū.
hoc ē ſolū i opiniōe hoīm errātiū. aut
inq̄ntuꝫ iuuāt hoiem ad virtutū oꝑa.
Et dicit notāter. ꝙ vera honeſtas ꝑſo
ne ꝯſiſtit in his q̄ faciunt vere honore
dignū. vt ſunt ꝟtutes ſciētie ⁊ oꝑa vir
tutū. q: honeſtatē ꝑſone nō faciūt mł
te diuitie. grādes familie. veſtes ꝑcio
ſe. apparatꝰ mēſe. domꝰ glorioſe. ⁊ ſi
milia exteriora. ſ; magis inhoneſtū fa
ciūt ⁊ ſigna ſunt ſuꝑbie ⁊ auaricie in-
ſatiabilis ſic etiā indicia virtutū eaſdē
F oſtendūt. Tertiū in hoie ꝯſiderādū
eſt ſtatus ciꝰ ſeu officiū vel artificiū
vel alia habitudo ipſius in cōitate. qḋ
totū comꝓhendit ſub ſtatu. Ad ſtatū
aūt ſepe multa requirūtur. q̄ officia te
liū exigūt. Vñ magiſtercīuiū plus in
diget ceteris paribꝰ q̄ȝ ſimplex ciuis.
Plus dux q̄ȝ comes. plus eps q̄ȝ ple-
banus. ⁊ ſic de alijs. Itē mechanicus
vnꝰ indiget de inſtrumētis ſue artis.
de materia quā faciat. ⁊ ð talibꝰ. Vñ
ad h̄ ꝙ hō exequat ꝯuenīēter ꝑtinētia
ad ſtatū ſuū neceſſaria ſunt ſibi ꝑfata
vltra duo prima. ⁊ illa dicunt neceſſa
ria ſtatui. Quartū in hoie ꝯſideran G
dum eſt honeſtas ſtatus. Et ſic hone
ſtas ꝑſone ꝑ ea que dicta ſunt ſecūdo
mēbro. nō eſt grādis familia ⁊ hmōi.
Sic nec honeſtas ſtatus ⁊ huiuſmo-
di. ſ; eſt virtutes tali ſtatui debite ⁊ fa
ctio operū tali ſtatui debitorū. ⁊ prin-
cipaliter opera exteriora rōni recte cō
menſurata. que homini ratione ſtatꝰ
ſui vel officij faciēda incumbūt ad re-
gimē aliorum ⁊ ꝑfectum temporaliū
⁊ ſpiritualiū. Et ad cōſeruandū taleꝫ
ſtatus honeſtatē ſepe vltra ꝑdicta tria
que ſunt neceſſaria. requirit aliq̄ualis
familia. aliq̄ue veſtes. ⁊ aliq̄ua huiuſ-
modi. Et diuitie ad hoc req̄ſite dicun
tur honeſtati ſtatus neceſſarie ⁊ accō-
mode. Et illa neceſſaria ſunt differen
tia ſm drñtiam ſtatuum. Status eñ
honeſtior plura in talibꝰ requirit. Et
nota ꝙ q̄nto virtutes ad ſtatū ꝑtinen
tes ſunt excellētiores. ⁊ opera ad q̄ ho
mo tenet rōne ſtatus ſunt ꝑſtantiora
tanto ſtatus videt honeſtior. Et ita ſta
tus epi cui ꝑncipalit incūbit regimē
oīm i dioceſi honeſtior eſt q̄ȝ ſtatꝰ ple-
bani. q̄ ſolū ſubminiſtrationē quorūdā
habet. ideo etiā licite eps recipit vltra
necītatē ꝑſone ⁊ ſtatꝰ aliquā familiaꝫ
⁊ veſtes ⁊ plures q̄ȝ ſtatus plebani. Et
ſic ð plebano reſpectu altariſte. Et du
cis reſpectu milit̄. Et milit̄ reſpectu
ruſtici. Et ſic q̄ epo q̄ntum eſt ex par-
te iſtius conditiōis ſm rectā rationeꝫ

ſunt neceſſaria in diuitijs. eſſent ſim-
plici plebano ſuꝑflua. ⁊ ecõuerſo. De
bet tñ illõ qd impedit ꝑ honeſtate ſta
tus ⁊ ꝑſone eſſe moderatũ. qꝛ ſm Au
guſti. li. ꝑ. de ciui. dei. de rõne honeſta
tis eſt vſus rerũ modeſtus ⁊ recte rõ-
nis moderamie mẽſuratus. qꝛ Aug.
ibidẽ exponit. honeſte vti rebus ꝑ vti
modeſte. ſobrie. temperant ⁊ pie. Eti-
am honeſtas vtriuſqꝫ videlicet ſtatus
⁊ ꝑſõe paucꝭ cõtentat. Curioſitati vo
pompe ⁊ vanitati vtriuſqꝫ ſtatus totum
min⁹ eſt. Iſta oia deuorãt ⁊ pau-
perib⁹ nihil relinquũt. ⁊ faciũt ꝙ mul
ti diuerſis modis illicitꝭ laborãt quõ
congregẽt diuitias qbus ſuꝑbias ⁊ vo
luptates ſuas nutriant ⁊ dilatẽt. Iſtis
igit qttuoꝛ penſatis ea tꝑalia q̃ reſul-
tant ex iſtꝭ quadruplicib⁹ neceſſarijs
dicunt neceſſaria homini ad trãſigen
dum cõueniẽter vitam ſuã ſm exigẽ-
tiaꝫ ſtatus ſui. ⁊ ꝯditionẽ ꝑſone ꝓprie
⁊ alioꝝ qꝝ cura ſibi neceſſario incum
bit. Et de iſtis neceſſarijs loqtur apls
.j. Timoth. vj. dicẽs. Habẽtes alimẽ
ta ⁊ qbus tegamur his ꝯtenti ſimus.
Et Salomõ Prouerb. xxx. dic. Dñe
diuitias ⁊ mẽdicitatẽ ne dederis m̃. ſ;
tm̃ victui meo tribue neceſſaria. Pro
qbus ſm Aug. ad Probã oram⁹. pa
nẽ nr̃m quotidianũ da nobis hodie.
¶ Et homo quicqd ſuꝑ illa qttuoꝛ hꝫ
P ſuꝑfluũ reputet ⁊ in pios vſus diſtri-
buat. qꝛ p̃ceptũ eſt. Et dicit Pe. de pa.
diſ. xv. i. iiij. ꝙ habẽs talia ſuꝑflua nõ
ſolũ tenet ſubuenire paupi extremaꝫ
paupertatẽ patiẽti. ſ; etiã patiẽti neceſſi
tatẽ in vite honeſtate. Ratio eſt. quia
quilibet debet velle ex charitate pro-
ximo qd ſibi. vñ cõtra charitatẽ face-
ret ſi ſeipm dehoneſtaret. eo ꝙ crude-
lis eſt q̃ famã negligit. Ideo etiã ꝯtra
charitatẽ ꝓximi fac ſi ei⁹ honeſtati de
ſic ſuꝑfluo nõ ſubuenit. Ideo beatus
Nicolaus vicino q̃ ſe dehoneſtare vo

luit ꝓſtituẽdo filias ſubuenit. Exem
plũ de latrone q̃ liberauit vxoꝛẽ vni⁹
detẽti de carcere ⁊c. Cõuis videret ma
loꝛ nccitas vitãdi pctm̃. Et i Neemia
⁊ Eſdra qſi de moꝛtali repꝛehendunt
iſraelite de h ꝙ fratres poſſidebant in
ſeruos ancillas dãtes eis victũ ⁊ veſti
tũ. qꝛ nõ tenebãt eos ſm decentiã ſta-
tus ſui cũ eſſent liberi ⁊ non ſerui. Et
de ſuꝑfluo q̃ eos tenebãt ſeruos. pote
rant eos tenere vt liberos. vel mutuã-
do vt Thobias fecit Gabelo de ſua
abũdãtia dãdo ꝓximo. vel ad decẽter
filias ſuas maritãdas. ſicut fecit btũs
Nicola⁹ ſm Pe. pa. ¶ Verũ cũ me- I
diũ tꝑantie nõ conſiſtat in indiuiſibi
li. ſ; in latitudie quadã. nõ opoꝛtet ꝙ
pũctualiter p̃dicta neceſſaria ſciant.
Sed exempli grã. Si centuꝫ floꝛent
ſunt neceſſarij p̃ciſe ad quattuoꝛ p̃fa-
ta. tamẽ qui ſine dolo ⁊ ſm rõnem re
ctam ⁊ inueſtigationẽ diligentẽ. cen-
tum ⁊ duos floꝛenos putaret neceſſa
rios nõ magna vis eſſet. qꝛ punctua-
le mediũ nõ eſt neceſſariũ ſcire. Ex q̃
ptꝫ cõmulti ſint iniuſti poſſeſſoꝛes tẽ
poꝛaliũ fures aut raptoꝛes q̃ ſuꝑflua
habent. de quoꝝ numero fuit epulo
diues qui non legit illicita acq̃ſiſſe. ⁊
tamẽ eſt in inferno ſepultus. quia ſu-
perflua non dedit. Predictis ſatis cõ
coꝛdat Tho. ſcda. ij. q. xxxij. arti. v. Et
addit ꝙ nõ opoꝛtet ꝙ diues vel alter
cõſideret ad oẽs caſus q̃ poſſunt con
tingere in futurũ. hoc eñ eſſet de cra-
ſtino cogitare. qd dñs ꝓhibet Math.
.vj. ſ; debet iudicari ſuꝑfluũ ⁊ neceſſa
riũ ſm ea q̃ ꝓbabiliter ⁊ vt plurimuꝫ
occurrũt. Sed diceret aliquis diues.
Cuilibet licet re ſua vti ⁊ eaꝫ rẽ retine
re. ſ; recipiẽdo rem ſuã aliqs elemoſy
nã nõ dabit. q̃ nõ eſt p̃ceptũ dare ele-
moſynã. Rñdet Tho. vbi ſupꝛa. Bo-
na tꝑalia q̃ hoi diuinit⁹ cõferunt eius
quidem ſunt qntũ ad ꝓprietatẽ. ſ; qn-

tum ad vſum nõ ſolũ eẽ dñr ei⁹. ꝫ etiã
alioꝝ q̄ ex eis ſuſtẽtari pñt ex eo q̄ꝺ ei
ſupfluit. Vñ Baſili⁹. Si fater̃ ea di-
uinit⁹ tibi ꝓueniſſe. ſ. bona tp̄alia. an
iniuſtus eſt de⁹ inequaliter nob diſtri-
buens. Cur tu abũdas. ille ṽo mendi
cat. niſi vt vt tu bone diſpẽſatiõis meri
ta cõſeq̃ris. ille ṽo patiẽtie meritis de
coꝛet̃. Eſt panis famelici quẽ tu teneſ
nudi tunica quaꝫ in cõclaui ꝯſeruas.
diſcalciati calcius q̄ penes te marceſ-
cit. indigẽtis argẽtũ q̄ꝺ poſſides ibu-
matũ. quocirca tot iniuriaris. q̄t dare
vales. Hec ẽ xp̄i mẽs Luc. xvj. dicẽ-
tis. Facite vobis amicos de mãmõa
iniq̃tatis, vt cũ defeceritis recipiãt voſ
in et̃na tabnacula. Vñ Aug. Ois bõ
ſua dedit de⁹ duob⁹ hoib⁹. diuitib⁹ ter
rena. paupib⁹ celeſtia. Sꝫ de⁹ volens
vtrũq꜄ ſaluare ꝯſtituit vt hic diuites in
ſua hereditate recipiãt paupes. ꝛ pau
peres eos in ſua hereditate collocent
vt vterq꜄ ꝑ aliũ collocet̃. Eſt aũt ele-
moſyna dare aliq̄ñ ſꝫm Tho. ibidem
pctm̃ ꝛ ꝓhibituꝫ. videlꝫ de neceſſario
certo dare. Vbi notat. ꝙ neceſſarium
dicit̃ aliq̄ꝺ dupl̃r. Vno mõ ſine quo
aliq̄d eẽ nõ põt. de tali neceſſario oĩo
elemoſynã dare nõ dꝫ q̄s. puta ſi aliq̄ſ
in nccitatis articulo cõſtitut⁹ haberet
ſolũ vñ ſuſtentari poſſent filij ſui ꝛ alij
ad eũ ptinẽtes. de hoc em̃ elemoſynaꝫ
dare eẽt ſibi ꝛ ſuis vitã ſubtrahere. ꝫ h̄
dico. niſi forte talis caſus imineret. vt
ſubtrahẽdo ſibi daret alicui magne ꝑ
ſone ꝑ quã eccl̃ia vel reſpublica ſuſtẽ-
taret̃. q꜄ ꝓ talis ꝑſone liberatõe ſeipm
ꝛ ſuos laudabiliter morti exponeret.
cũ bonũ cõe ſit ꝓprio pferẽdũ. Vnde
.iij. Reg̃. xvij. vidua victui ſuo ꝛ filij
prepoſuit victum Helye dicẽtis. Fac
mihi ſubcinericiũ panẽ. tibi aũt ꝛ filio
facies poſtea. Laudabiliter em̃ pferre
poterãt vitã Helye q̄ curr⁹ fuit iſrael ꝛ
auriga ei⁹. ꝛ morti ſe exponere. Et ſic
patet ꝙ etiaꝫ duo caſus ſunt in q̄bus
leemoſyna eſt in ꝓhibitõe. Prim⁹ rõe
dantis qui eq̃liter indiget. vel plus in
ꝓpria ꝑſona. Rõ eſt. q꜄ charitas oꝛdi-
nata incipit a ſeipa. Vnde Ecci. xxx.
Miſerere aīe tue placẽs deo. Secun-
dus caſus q̄ñ indiget ꝓ ſuis. Vnde. j.
Timoth. v. Si q̄s ſuoꝝ ꝛ maxime do
meſticoꝝ curã ñ hꝫ. fidẽ negauit. ꝛ eſt
infideli deterioꝛ. Vñ Aug. Si q̄s vult
filios exhereditare ꝛ eccleſiã iſtituere.
aliũ q̄rat q̄̃ Aug. ꝓ ꝯſilio. ꝛ intelligit̃
caſus niſi alia rõ vtilitatis publice cõ-
trariũ ſuaderet. vt ſupra dictum eſt.
Qñ vero elemoſynã dare ſit conſi-
liũ. ꝛ q̄ñ quis põt de nccãrio elemoſy
nã dare. illꝰ docet vbi ꝓus Tho. dicẽſ
ꝙ ſcd̃o mõ aliq̄d dr̃ neceſſariũ. ſine q̄
nõ põt ꝯueniẽter vita trãſigi ſꝫm cõdi-
tionẽ vel ſtatũ ꝑſone ꝓprie ꝛ aliaꝝ ꝑſo-
naꝝ q̄rũ cura ei incũbit. Hmõi neceſ
ſarij termin⁹ nõ ẽ in indiuiſibili ꝯſtitu
tus. ꝫ ml̃tis additis nõ põt diiudicari
eẽ vltra tale neceſſariũ. ꝛ ml̃tis ſubtra
ctis adhuc remanet vñ poſſit aliq̄s cõ
ueniẽter vitã trãſigere ſꝫm ſtatũ ꝓpriũ
De hmõi ꝫ elemoſynã dare ẽ bonũ. ꝛ
nõ cadit ſub p̄cepto ꝫ ſꝫ ꝯſilio. Inoꝛ-
dinatũ ãt eẽt ſi aliq̄s tm̃ ſibi de bonis
ꝓprijs ſbtraheret vt alijs largiret̃ ꝙ de
reſiduo ñ poſſꝫ vitã trãſigẽ cõueniẽter
ſꝫm ꝓpriũ ſtatũ ꝛ negocia occurrentia.
Nullus. n. incõueniẽter viuere dꝫ. Sꝫ
ab h̄ tria ſũt excipiẽda. Quoꝝ p̄mus
eſt. q̄ñ aliq̄s ſtatuꝫ mutat. puta ꝑ reli-
gionis ingreſſum. tũc em̃ oĩa ſua lar-
giens ꝓpt̃ xp̄m. op⁹ ꝑfectionis facit ſe
in alio ſtatu ponẽdo. Scd̃o q̄ñ ea q̄ ſi-
bi ſubtrahit ꝛ ſi ſint neceſſaria ad ꝯue
nientiã vite. tñ facilit̃ reſartiri pñt vt nõ
ſeq̃tur maximũ icõueniẽs. Tertio q̄ñ
occurreret extrema neceſſitas alicui⁹
priuate ꝑſone. vel etiã aliq̄ magna ne
ceſſitas reipublice. In his em̃ caſib⁹
laudabilit̃ aliq̄s p̄termitteret id q̄ꝺ ad

decentiā ſui ſtatus ptinere videret . vt
neceſſitati maiori ſubueniret. h̄ Tho.
N ¶ Scđo pncipaliter ſciēdū. Quis da
re poſſit elemoſynā. Rn̄. ſm oēs. ꝙ iſti
q̄ hn̄t dn̄ium liberꝝ tpaliū . vel admini
ſtrationē taliū ꝛ ptātem erogādi. vt re
ligioſi q̄ hn̄t diſpēſationē a plato ſibi
cōmiſſam. dare pn̄t elemoſynā ſm cō
miſſū vel pſūptū. Sc̄do nō hn̄t diſpen
ſationē ſibi ꝯmiſſam. nō pn̄t dare cor
poralē elemoſynā ſine licētia plati ex
preſſa vl̄ preſumpta. niſi in nc̄citat̄ ca
ſu extreme. Rō dicti ē . qꝛ nihil habēt
ꝓpriū. Famuli etiā dn̄oꝝ nō pn̄t dare
elemoſynā de rebus dn̄orū ſuoꝝ niſi
panē ꝛ ſupflua coquine. ꝛ hmōi. q̄ nō
inferūt ſenſibile nocumentū de q̄bus
eis cōſtat . aut veriſimilit̄ preſumit̄ ꝙ
nō diſpliceat dn̄is ſuis . Si em̄ al̄s da
rent. tūc cōtrectarēt rem alienā inuito
dn̄o. ꝛ ſic furtū cōmitterent. Filiusfa
milias qꝛ ea q̄ hꝫ ſunt pr̄is non poteſt
dare elemoſynā. niſi forte aliquā mo
dicā. de qua pōt pſumere ꝙ pr̄i place
at. niſi forte alicuiꝰ rei eēt ſibi cōmiſſa
diſpenſatio a pr̄e. ¶ Vxor etiā nō po
O teſt de oībꝰ ſibi ꝛ marito cōibus . ſed
ſm Tho. Ray. ꝛ Pe. pa. pōt facere e
lemoſynā ꝛ alienationē ſine licētia vi
ri in multis caſibꝰ. Pr̄io ſi vxor habꝫ
res paraſernales. id ē . ꝓprias res pter
dotem vbi hmōi de ꝯſuetudine locuꝫ
hn̄t. Scđo ſi ſit lucratiua. ita ꝙ exhibi
ta debita gubernatiōe domꝰ opis ſuis
lucrat̄. pōt de illis elemoſynam dare.
nec illud intelligit̄ deducendo expen
ſas victus ſui. qꝛ vir tenet̄ ad oīa hmōi
onera ꝓpter dotem. ꝛ ꝓpt̄ obſequiū ab
vxore exhibitū. Rō dicti ē. qꝛ tal̄ mu
lier virago ē ꝛ q̄ſi virilis. Tertio de re
bus viri. vt de pane vino ꝛ hmōi. q̄ de
approbato more ſolēt ad diſpenſatio
nē vxoris ptinere. pōt ꝛ dꝫ dare elemo
ſynas moderatas. tn̄ ꝛ ſm facultatem
viri. ꝛ maiorē vel minorē multitudieꝫ
et neceſſitatē paupeꝝ. Intellige etiaꝫ
de rebus dotalibus. ꝛ ſi vir aliq̄ṫ ꝓhi
beat pſata verbo. pōt tn̄ probabilit̄ cre
dere ꝙ nō intēdat oīno prohibere ele
moſynas dare. ſꝫ ſupfluitatē niſi aper
te cōtrariū appareret. tūc nō tenet̄ da
re niſi i articulo neceſſitatis . Quarto
ſi vxor pegrinat̄. ꝛ vir expēſas taxatas
dedit. ſi vult ſibi ſtrahere pōt paupi
bus dare. Quinto in extrema neceſſi
tate. quia tūc oīa ſunt cōia. Sexto po
teſt alienationē reruꝫ facere ſine licen
tia viri ad vitādū damnū viri. ſic Abi
gail. j. Reg. xxv. Quia mulier habet
proprietatem in cōibus bonis ſicut ꝛ
vir. Vn̄ ſi p negligentiā vel maliciam
viri immineat periculū. pōt ipſa obui
are. Septimo ſi vir ſit fatuus. tūc em̄
diſpenſatio domus ptinet ad vxorem
niſi aliter per ſuperiorē fuerit ordina
tum. ¶ Octauo. ſi vir abſens non po P
ſuit diſpenſatorē domus ſue loco ſui.
Sꝫ quibus dāda eſt elemoſyna. Rn̄.
ſm Ray. Iſte q̄ poſſet dare omnibus
indigentibus. talis indiſtincte omni
bus indigētibus dare deberet. vt do
cet Chryſoſto. ſuper ep̄lam ad Heb.
Exemplo Loth ꝛ Abrae q̄ qm̄ oēs in
differēter recipiebāt inter alios etiam
anglos recipe meruerūt. ſi. n. nō oēs
recepiſſet forſitan ꝛ anglos repuliſſet
In h̄ em̄ caſu addit Chryſo. Quieſca
mus ab hac ſurda ac diabolica ꝛ pem
ptoria curioſitate . ſ. diſcernendi inter
pauperē ꝛ pauperē. nō em̄ ex vita eoꝝ
quos recipis mercedē tibi retributu
rus ē deꝰ. ſꝫ ex volūtate ꝛ honorificen
tia tu̇a ex miſcōia ꝛ bonitate. Immo
ſꝫ Greg. excōicato dāda eēt elemoſy
na ꝛ cuilibꝫ mālfeſte peccāti. niſi ex ſe
curitate cibi vel elemoſyne negligeret
iuſticiā. In q̄ caſu dic̄ Augꝰ. Vtilius
panis eſurienti tollit̄ . ſi de cibo ſecurꝰ
iuſticiam negligat. ꝙ̄ eſurienti panis
frangatur vt iniuſticie ſeductus acq

ſcat Intellige tñ hoc niſi talis eſuriret
ad mortẽ. Vñ dicit Petrus de palu.
Ribaldo panis. nõ pecunia dãda eſt.
ne luxuriet. Iuſto ergo ⁊ ſancto ẽ dã-
da elemoſyna. iux illud Eccl. xij. Da
miſericordi ⁊ ne ſuſceperis pctõrẽ. ni-
ſi ſolum vt foueat. natura non culpa.
Propter decẽ enim iuſtos olim pep-
ciſſet deꝰ pẽtapoleos. Geñ. xviij. Ho
ergo bonis ſm Aug. creata ſunt. pec-
cator aũt pane dignus non eſt q̃ veſci
P tur. Propinq̃tas etiã ſm Aug. li. p̃.
de doctrina chriſtiana debet inſpici.
quia illi qui ſunt nobis magis cõiun
cti quaſi quadã ſorte nobis obueniũt
vt eis magis ꝓuidere debeamꝰ. Vti
litas etiã inſpicienda eſt. q̃ expectat a
pſona cui ſubuenit. vel ab eis data eſt
p̃dicatoribus nanq; ⁊ p̃latis ex debito
ſubuenit. Vnde ſacerdotibus ⁊ phis
annona olim dabat de publico. quia
multitudo ſapientũ ſanitas eſt orbis
terrarũ. Sap. vj. Et leuite etiã nutrie
bant de bonis cõibus. vt pz Leuit. in
multis locis. Magis autez p̃dicatori
ſubueniendũz eſt. Vñ. j. Corinth. ix.
Non alligabis os bouis triturantis.
Ideo dicit Tho. vbi ꝯus in ſũma. ꝙ
circa hec eſt diſcretionis ratio adhibẽ
da ſm coniũctiõis differẽtiã ſanctita-
Q tis ⁊ vtilitatis. Cui aũt magis ſit dã
da elemoſyna ⁊ plus bene faciendũz
dicit Tho. in. iiij. vbi ꝯus. Nõ eſt faci
le determinare ꝓpter multas diuerſi-
tates boni ⁊ neceſſarij. vt dic̃ phs. ix.
ethi. tamẽ hoc ẽ tenendũ. ꝙ ſemꝑ ma
gis eſt reddendũ debitũz q̃ȝ beneficiũ
impẽdendũ. vt ipſe phs ibidẽ dic̃. ni-
ſi ex parte altera aſſit maior bonitas
vel neceſſitas. ⁊ iõ parẽtibꝰ ⁊ ꝓpinq̃s
⁊ bñfactoribꝰ. ⁊ eis a q̃bus ſpũalia ac
cipit. magis debet homo elemoſynã
facere ſi indigeãt. ⁊ ceteris paribꝰ me
lioribꝰ magis ⁊ magis indigẽtibꝰ. Et
ſic ſm has tres ꝯditiões debz gradus
in elemoſyna ꝯſtitui. ſcz ſz neceſſariũ
honeſtũ ⁊ debitũ. Aſſignare aũt i ſin-
gulis. qñ vnũ alteri p̃ferat. eſt impoſ-
ſibile. qꝛ ſingulares cõditiones q̃ attẽ
dende ſunt. ſunt infinite. ⁊ nõ cadunt
ſub arte. de his aũt vnctio docet ⁊ pru
dentie cõſiliũ. hec Tho. Tertio ꝓn- R
cipalit videndũ eſt de elemoſyna ſpi-
rituali q̃ vt dic̃ Tho. in ſũma vbi ꝯus
eſt ſextuplex. ⁊ ſunt docere ignorantẽ
contra defectũ intellectꝰ ſpeculatiui.
cõſulere dubitãti. ꝯtra defectũ intelle-
ctus practici. corrigere peccãtẽ. cõtra
inordinatã voluntatẽ ꝓximi. remitte
re offendẽti iniq̃tuz ꝓximꝰ peccat in
nos. cõſolari triſtẽ. cõtra paſſionẽ ap-
petitiue ptis int quas maxia ẽ triſticia.
portare oneroſos ⁊ graues. contra ſe-
quelã peccati. Ex inordinato eñ actu
grauãtur ei cõuiuẽtes etiã p̃ter peccã
tis intẽtionẽ. ſm illud Roma. xv. De
bemꝰ nos firmiores infirmitates alio
rum portare. imo nõ ſolum tales ſm
ꝙ infirmi ſunt graues ex inordinatis
actibus. ſz etiã quelibet eoꝝ onera ſũt
ſupportãda. ſm illud Gal. vj. Alter
alterꝰ onera portate. Vltimuz ẽ orõ
ꝑ quam poſcimꝰ auxiliũ a deo. Vn-
de verſus. Cõſule. caſtiga. remitte. ſola
re. fer. ora. Et ſub li conſule cõp̃hẽ-
ditur doctrina ⁊ conſiliũ. Querit aũt
vtrũ elemoſyne ſpirituales ſint melio
res q̃ȝ corpales. Rñ. Tho. ibidẽ ſim-
pliciter loq̃ndo ꝙ ſic. Primo ex par-
te doni. qꝛ illud qđ exhibet ẽ nobilius
ſcz donũ ſpũale qđ p̃eminet corpali.
Secũdo rõne eius cui ſubuenit. quia
ſpũs nobilior eſt corpe. Vñ ſicut hõ
ſibijpſi magis debet ꝓuidere q̃ȝtũ ad
ſpiritũ. q̃ȝ q̃ntuz ad corpꝰ. ita etiã ꝓxi
mo quẽ dz tãq̃ȝ ſeipz diligere. Tertio
q̃ntuz ad ipſos actus ꝑ q̃s ⁊ q̃bus ſub-
uenit ꝓximo. qꝛ actꝰ ſpũales ſũt me-
liores corpalibꝰ q̃ ſunt q̃dãmodo ſer-
uiles. Ex quibus patet ꝙ ditiores S

ſunt p̄dicatores ⁊ docētes ſacrā ſcptu
rā ex compaſſione ꝓpter deū pure ⁊
q̇b⁹ aurū ⁊ argentū deeſt. qꝛ de ſpūa
libus opib⁹ mie plura facere poſſunt.
Vñ plus merent̄ tales nobiles euā
gelici canes vlcera Lazari .i. pctōꝛis
ſanando. q̄ȝ diues epulo mereri pote
rat micas dādo. Et ecōuerſo plus pec
cat abſcōdēs talentū dñi. ſcȝ verbū dei
q̄ȝ diues negās micas tpalis ſubſtātie
Vñ Ezech. iij. Sāguinē ei⁹ videlicet
peccatoꝛis de manu tua req̄rā. Vñ er
go medici viſitāt infirmos. aut aduo
cati defendūt pupillos. ⁊ doctoꝛes le
gum docent inſcios. q̄uis nō ſit pec
catum. tñ nō eſt elemoſyna ſi fit ꝓpter
lucrū. qꝛ nō fit ex compaſſione ⁊ ꝓpt̄
deū. Si aūt grat hoc facerēt. ⁊ ꝓpter
deū. elemoſyna eſſet nō ſpūalis. ſȝ coꝛ
poꝛalis. qꝛ ille ſcientie lucratiue ſunt
p̄ncipalit̄ ꝓpt̄ indigētias coꝛpales ſup
plēdas. Poſſent tñ ſpūales elemoſy
ne cōpari coꝛpalib⁹ ſm aliquē parti
cularē caſuȝ. ⁊ tūc p̄ferri coꝛpales ſpi
rituali. puta mag paſcēdus eēt fame
moꝛiēs q̄ȝ ꝓ eo oꝛādum. Sic etiā ſm
phm. Meli⁹ ē indigēti ditari q̄ȝ pha
ri q̄uis h ſimplicit̄ ſit meli⁹. Que
rit̄ etiā quō elemoſyne ſint dande. vt
fructuoſe dent̄. Rñ. p̄mo ſunt ex cha
ritate dāde .j. Cor. xiij. Si diſtribue
ro i cibos paupeꝝ oēs facultates me
as. charitatē aūt nō habeā nihil m̄ ꝓ
deſt. ſ. ad eſſentiale p̄miū in celo. licet
alias multiplicit̄ ꝓſit. Scdō dāde ſūt
ex bona intētione. nō ꝓpter inanē glo
riā. ſȝ tanq̄ȝ deo. qꝛ qḋ vni ex minimis
xp̄i fit xp̄o fit Math. xxv. Vñ Mat.
vj. Vñ facis elemoſynam neſciat ſi
niſtra. id eſt. inaniſgloꝛia. q̇d faciat de
xtra tua. id eſt. recta intētio nō impe
diatur ꝑ ſiniſtrā intentionē. Tertio vt
oꝛdinate fiat primo tibi. ſecundo pro
ximis. tertio alienis.

Capitulum. iiij.

De furto ꝓpꝛie dicto q̄ directe
cōtrariat̄ p̄cepto ſeptimo. tria
p̄ncipalit̄ videnda ſunt. P̄rio
vbi expſſe cōmittat̄ furtuȝ vel rapina
⁊ q̇t modis. Scdō vbi talia cōmittan
tur velate. Tertio quō in reb⁹ inuētis
Q̄tum ad p̄mū diffinit Ray. ⁊ Vl
ricus in tracta. iij. Furtū. q̄ eſt cōtre
ctatio rei aliene mobil̄. coꝛpalis frau
dulosa. inuito dño lucrifaciēdi grā. vl̄
ipſius rei. vel etiā vſus eius poſſeſſio
niſve. Dicit̄ p̄mo cōtrectatio. qꝛ ſine
ea nō eſt furtū ꝓprie. licet interueniat
volūtas verbū vel ſcptura. alias ſi cō
cupiſcat q̇s res alienas illicite et ſine
cōtrectatione ē trāſgreſſoꝛ alteri⁹ p̄ce
pti. ſcȝ. Nō ↄcupiſces rem ꝓximi tui.
Dicit̄ rei aliene. qꝛ nō cōmittit̄ furtuȝ
in re pleniſſime ꝓpria. Pleniſſime di
co. qꝛ ſi ali⁹ hr̄et in re illa ius. puta cre
ditoꝛ cui res ē pignori obligata. vt cō
modatari⁹. id eſt. ille cui eſt aliq̇d cō
modatū. vel ſoci⁹. vel ſi'lis pſona alis
⁊ dñs furtiue ſurripiēs alicui tali pſo
ne furtū cōmitteret. Dr̄ mobilis coꝛ
poꝛalis. qꝛ in reb⁹ imobilib⁹ vel i coꝛ
poꝛalib⁹ vt ſunt actiōes ⁊ ſuitutes fur
tū nō cōmittit̄. qꝛ talia nō pñt ↄtrecta
ri ꝓpter ſui imenſitatē ⁊ incoꝛpoꝛeita
tē. Dr̄ fraudulosa. qꝛ ſi aliq̇s credebat
rem eē ſuā. ⁊ credebat ſibi licere rē ſu
am ſurripe. nō cōmittit furtū lȝ al's te
neat̄ reſtituē ſi nō fuit ſua. ⁊ iō ſi cre
debat ſe facē dño volēte nō facit furtū
qꝛ nō facit dolū. Dr̄ inuito dño. qꝛ ſi
credebat dñm pmiſſuꝝ ⁊ ſubeſt iuſta
cauſa credēdi. nō tenet̄. ſi v'o nō ſbeſt
cauſa q̄re debebat credere de h tenet̄.
Et dicit̄ dñs inuit⁹. etiā ſi videat rem
auferri. q̄uis nō ↄdicat. Si aūt putat
facere inuito dño ⁊ tñ dño vult. furtuȝ
quidē facit q̄ntū ad intētionē. ⁊ moꝛ
taliter peccat. ſȝ nō tenet̄ ad reſtitutio
nē. nec dñs pōt petere. obſtāte ſibi ſua
voluntate. Dicit̄ lucrifaciendi grā. qꝛ

ſiquis alienã ancillã. vel meretricẽ ra
puerit. vel celauerit. nõ cã lucrifacien
di. ſꝫ cã libidinis exercẽde. nõ ꝯmittit
furtũ. licet al's grauiter peccet. Dicit
ipſius rei. vel vſus ei⁹. poſſeſſioniſue.
qꝛ nõ ſoluz cõmittit furtũ. qui rei do
miniũ vult lucrifacere ſic furtiue. ſed
etiaz qui vſum. vel poſſeſſionẽ ei. Ad
dit Tho. ij. ij. q. lxvj. ꝙ ſicut furtũ cõ
mittit in occulta acceptiõe rei aliene.
B Itaz in occulta detẽtõe iniuſta. Eſt
aũt tã furtũ ꝗ̃ rapina. vt docet Tho.
vbi ꝓus pctm̃ mortale. qꝛ ꝯ̃ diuinũ ꝓ
ceptũ. vt patuit ſupra. Et ꝯ̃ iuſticiam
qua vnicuiqꝫ reddẽdũ eſt qd̕ ſuũ eſt. ꝛ
ꝯtra charitatez de diligẽdo ꝓximũ. qꝛ
rapina ꝛ furto hũana ſocietas periret.
Et tam furtuz ꝗ̃ rapina aggrauat ex
circũſtantijs loci tp̃is ꝛ pſone ꝛ ſimili
bus. Vt ſi rem ſacrã in loco ſacro au
fert. tũc ẽ ſacrilegiũ. aut alia ſpẽs. aut
ſi debito tp̃e orõni aufert alienã rem.
Si etiã pſona damnificata paup fue
rit in ſe vel in ſtatu ſuo. aut in ſuis he
redib⁹. ex hoc graue damnũ patiat.
C Sed q̃reres. Eſt ne pctm̃ mortale. ſi
q̃s alteri furet acũ vel pẽnã ad ſcriben
dũ. vel talẽ paruã rem. Rñ. ſm Tho.
vbi ꝓus. ꝙ in talib⁹ reb⁹ minimis hõ
cui aufert res nõ reputat ſibi damnũ
inferri. ꝛ iſte q̃ accipit põt ꝓſumere h
nõ eẽ ꝯ̃ ei⁹ volũtatẽ cui⁹ res ẽ. ꝛ ſi eſſet
p̃ñs ipe nõ diſſentiret. ꝗ ſi q̃s hmõi res
furtiue. id ẽ. alio neſciente accipit. põt
excuſari a pctõ mortali. Si aũt habe
at aĩm furãdi ꝛ alteri inferẽdi damnũ
põt in talibus minimis eẽ pctm̃ mor
tale. ſicꝫ in ſola volũtate furãdi ẽ mor
tale. vbi etiaz extrinſecus nullũ nocu
D mentũ infert. Ex q̃bus pꝫ ꝙ m̃ltis
modis ꝯ̃ ſeptimũ mandatũ peccãt ho
mines. Pͦrio. qñ q̃s rem alienã iiuſte
aufert alteri. ignorãte illo cui⁹ eſt. ꝛ eo
inuito. ſic ꝙ ſi h cognoſceret. ſibi diſ
pliceret. Et nõ ſolũ ꝯtra hoc ſeptimũ

preceptũ peccat. ſꝫ etiã tenet reſtituere
iniuſte ablatũ. Scḋo ſeq̃t ſm Tho. E
ꝙ q̃ rem ſuã apḋ aliũ iniuſte detentaz
occulte reciꝑet. peccaret q̃dez furtim
auferẽdo. nõ qꝛ grauat illũ q̃ detinet.
nec tenet ad reſtituendũ aliq̃d. vel ad
recõpenſandũ. ſed peccat cõtra cõmu
nem iuſticiam dũ ipſe vſurpat rei ſue
iudiciũ iuris ordine ꝑtermiſſo. Et iõ
tenet deo ſatiſfacere. ꝛ dare opam vt ſi
inde ortũ fuit ſcãdalũ ꝓximo x. ꝙ illõ
ſedet. Sꝫ Petrus aureoli. quodli. iiij.
. q. xxj. dicit. ꝙ hec opinio videt habe
re v̓itatẽ in caſu in q̃ pſona ꝓuata põt
per iudicẽ ſiue p perſonã cõem ſat9 de
facili recuꝑare rem ſuã. Sꝫ i caſu vbi
talis p iudicẽ nõ poſſet rem ſuã recu
perare bono mõ. vel quia iudex non
eſt preſens. quia factũ ad eius noticiam ꝑuenire nõ poteſt. aut quia iudex
nõ audet inq̃rere. vel ille cui⁹ res deti
net nõ audet alium accuſare. vel alio
mõ cõſimili. in tali caſu vnuſquiſqꝫ fit
q̃ſi miniſter iudicis ꝛ executor legꝭ. ita
ꝙ rem ſuã vel equalẽs accipe põt. nec
peccat in re accepta. nec in mõ accipi
endi. h ille. Et ꝓbat p Aug. in ep̃la ad
Macedoniũ. ꝛ p rationẽ. Eandẽ opi
nionẽ Pe. de pa. recitat. nec eã impro
bat. Tertio peccat ꝯtra ſeptimũ prece
ptum. qui ꝓximo ſuo nec in ſe nec in
re ſua eã nõ quidẽ ſibi vſurpãdo ꝛ reti
nendo ſed ſiue occulte ſiue manifeſte
deſtruẽdo ꝛ corrũpendo. vt q̃ cõburit
alterius domũ. interficit aĩalia. aut de
ſtruit agrũ ei⁹ ꝛ ſilua vaſtat. Quis eñ
nihil de illa re apud eũ maneat. tñ qꝛ
ꝓximũ iniuſte damnificat. peccat cõ
tra h preceptũ ꝛ tenet damnũ recõpẽ
ſare. Quarto peccat ꝯ̃ hoc preceptuz
qui hmõi damnũ ꝓximo iniuſte illa
tum ſibi nõ recõpenſat quãtũ põt. qd̕
vtiqꝫ tenet niſi alter q̃ damnificat⁹ eſt
ſibi illõ voluntarie remittat. aut ab eo
habeat voluntariã dilationem. aut im

poſſibilitatē reſtituendi. vel ſimilē ex
cuſatiōez licitā. Ex q̄ p3 rn̄ſio ad q̄ſdā
alios caſus. Vn⁹ eſt. quid ſi aliq̄s ac-
cipit equū vel aliā rem accōmodatam
vſq3 ad certū locū. ⁊ ipe vltra illū locū
ꝓcedat cū illa re. Rn̄. ſm Ray. ꝙ fur-
tum cōmittit. niſi in caſu qn̄. ſ. crede-
bat dn̄m nō fore inuitū ſi ſciret. Ali⁹.
Quid ſi aliq̄s rem ſibi ad vtendū cō-
ceſſā3 alij cōmodauit. Rn̄. Ray. ꝙ fur
tum vtiq3 ꝯmittit. q2 nō erat ei cōceſſa
ad vſum iſtū. Alius caſus. Vtrū cre-
ditor cōmittit furtū ſi pignore ſibi ob
ligato vtat̄. Rn̄. Ray. ꝙ ſic. In h̄ autē
caſu ⁊ ſimib⁹ ſc3 cū furtū cōmittit̄ i vſu
rei. tenet̄ fur ad eſtimationē vſus rei.
etiā re ipa dn̄io reſtituta. ſm Ray. ⁊
F Hoſti. ¶ Quinto peccat ꝯtra h̄ prece-
ptum q̄ vineā agrū. hortū. aut q̄dcūq3
aliud ſue culture ꝯmiſſum infideliter
aut fallaciter colit. ⁊ ꝑ hoc ꝓximū ſuū
dampnificat. ⁊ tenet̄ ad damni reſtituti
onē. Idem intelligēdū puto de quoli
bet infideli ⁊ fraudulēto laboratore. ſ.
carpētatore. muratore ꝓximū damni-
ficante iniuſte. Sexto peccat q̄ terminos
agroꝝ ſuoꝝ. vineaꝝ. hortoꝝ. pratorū.
vel ſimiliū poſſeſſionū ſciēter dilatat.
in damnū ꝓximi ſui. ꝑ hoc aliq̄d ſibi
de ſua poſſeſſiōe auferēdo. ⁊ tenet̄ ad
reſtitutionē nō ſolū ablati ſ3 etiā3 fru-
ctuū q̄s inde ꝑcepit. ⁊ quos ꝑcepiſſet
dn̄s rei ſi eam poſſediſſet. de ductis tn̄
expēſis factis ꝓ fructib⁹ querēdis cō-
G gregādis ⁊ ꝯſeruādis. ¶ Septimo pec
cat iudex q̄ ex cupiditate. tiore. odio.
amore. aut ex quacunq3 alia cā ſciēter
male iudicat ⁊ ſentētiat in damnū pro
ximi ſui. Et ſm Ray. tenet̄ illi quē3 ſic
iniuſte leſit ad omne intereſſe. Simi-
liter intelligendū ē de illo qui licet ſit
ignarus. ⁊ ad talē cām iudicandā3 in-
ſufficiēs. tn̄ preſumit eā iudicare ſine
cōſilio alioꝝ magis peritoꝝ. qui ſuffi
cientes reputati ſunt. ⁊ ſic cōtingit eū

per ignorantiā iniuſte iudicare. ⁊ pro
ximū damnificare. Peccat em̄ tal' cō-
tra hoc ꝑceptū iniuſte iudicādo. ⁊ per
hoc ledēdo proximū. ⁊ in foro ꝯſcien
tie tenet̄ leſo ad reſtitutionē3. Eodem
mō dicendū eſt de illo q̄ ſufficiens fu
it ad iudicandū3. ſ3 neglexit adhibere
diligentiā debitā. q2 nō ſtuduit ⁊ vidit
que ſtudere ⁊ videre debuit ⁊ ſic ex ſua
negligētia male iudicauit in ꝓximi le
ſionē. ¶ Octauo peccat aduocat⁹ aut H
ꝓcurator q̄ ſciēter defendit cām iniu-
ſtam. vt dicit Thom. ſcd̄a. ij. q. lxxij. q2
iniuſtū eſt ⁊ illicitū ſcienter alicui coo
perari ad malū faciendū. ſiue cōſulen
do. ſiue adiuuādo. ſiue q̄litercūq3 con
ſentiēdo. Vnde Ro. j. Digni ſūt mor
te. nō ſolū q̄ faciūt. ſ3 etiā illi qui cōſen
tiunt faciētib⁹. Tenet̄ etiā ad reſtituti
onem eius damni qd̄ ꝯtra iuſticiā per
eius auxiliū3 altera pars incurrit. Si
vero in ꝑncipio credidit cām fore iu-
ſtam. ⁊ in ꝓceſſu apparet ſibi iniuſta.
debet cauſam deſerere ſine aduerſarij
damno. vt dicit Tho. vbi ſ̄us. Nono
peccat aduocatus aut ꝓcurator ſi par
ti aduerſe cām bonam aufert ⁊ eā gra
uat. aut damnificat in expēſis. aut im
pedit in executiōe iuſticie in hoc ꝙ pe
tit dilationes ſuꝑfluas. aut ꝓducit ſci
enter falſa inſtrumēta. aut falſos. aut
corruptos teſtes aut iudicat ſm falſas
leges. aut quaſcūq3 falſas ꝓhibitōes.
Et ſm Ray. tenet̄ parti aduerſe quā3
ſic iniuſte leſit ad reſtitutionē omniū
que ꝑ eius patrociniū iniuſtū amiſit.
¶ Decimo peccāt qui cenſus ⁊ tallias I
cōſuetas ⁊ telonea vectigalia. vngeltas
⁊ ſimilia iuſte iſtituta. aut ab antiqua
cōſuetudine. cuius cōtrariū nō eſt in
memoris introducta nō ſoluūt. ſed in
toto vel in parte dn̄is fraudulēter ſub
trahunt. ⁊ tenēt ad reſtitutionē3. Vn
decimo q̄ plebano ⁊ alijs ſubtrahunt
aut eoꝝ eccleſijs debita. vt qui nō ſol

ſunt decimas. ſid eliter. aut oblatio-
nes cōſuetas. aut alia hmōi. ⁊ tenenť
ad reſtitutionē. Duodecimo famuli ⁊
famule q̄ bona dn̄oꝝ aut dn̄aꝛuꝫ infi-
deliter diſpēſant alijs. aut ſibiipſis in-
uitis dn̄is appꝛopꝛiādo. aut q̄ nimis
late in ꝓꝓꝛios vſus talia aſſumunt. vel
etiā qui de bonis dn̄oꝝ ſuoꝝ ipſis in-
uitis elemoſynas faciūt ꝯtra ſupi⁹ tra-
R dita. Tertiodecimo mulieres q̄ bo-
na viroꝝ ſuoꝝ furanť. aut ea maritis
neſciētibus. aut nolētib⁹ nimis ſum-
ptuoſe cōſumūt in vſus ꝓꝓꝛios. vľ etiā
de ipſis bonis viroꝝ ſuoꝝ elemoſynas
faciūt ꝯtra eoꝝ expſſam ꝓhibitionēz.
⁊ cōtra ea q̄ ſupꝛa de elemoſyna tacta
ſunt. Quartodecimo peccāt mľieres
adulterātes q̄ filios illegittimos nu-
triunt ſub expēſis eoꝝ q̄ putanť pn̄es
taliū filioꝝ ⁊ nō ſunt. ⁊ ſic faciūt filios
ſuos illegittimos ſuccedere ad here-
ditatem legittimoꝝ. q̄ tn̄ ſoli ius hn̄t in
paternis bonis. Talis. n. mulier taliť
pꝛiuat legitimos vel maritū in bonis
ad vtrū q̄ʒ vel alteꝝ ptinētib⁹. Quinto-
decimo teſtamentarij q̄ elemoſynas.
aut alia legata nō aſſignāt q̄bus ex te-
ſtamēto aſſignāda ſunt. ſcʒ q̄ ſibi reti-
nent. aut ꝓꝓꝛia voluntate alijs donant
q̄ꝫ illis q̄bus noīatim p teſtatorē oꝛdi-
nata fuerūt. p hoc em̄ iniuſte damnifi-
cant pꝛimū in re ſibi debita. ⁊ tenenť
ad reſtitutionē ei. Sextodecio pec-
cat ꝯtra ſeptimū p̄ceptū etiā q̄ rapinā
cōmiſit. videlʒ rem alienā iniuſte au-
ferēdo alteri vi vel violētia alio cuius
res eſt ſciēte ⁊ inuito. ⁊ teneť talis vltra
reſtituere qđ alteri ſic abſtulit. etiam
damnū recōpenſare qđ iniuſtē intulit
Et illud ē generale in oībus iniuſtis
damnificatoꝛib⁹. Et notāter dictū eſt
qui iniuſtē. q꞉ ſi fieret autoꝛitate iudi-
cis iuſte iudicātis. talis occulta ⁊ ma-
nifeſta receptio nec furtū foꝛet nec ra-
pina. q꞉ nō iniuſta. Sicut ⁊ filij iſrael

deo iubente egyptioꝝ bona licite rece-
perūt. Verūtn̄ ſi talis in publica au-
toꝛitate poſit⁹ auferret alteri res p vi-
olentiā iniuſte. talis peccaret ⁊ cōmit-
teret rapinā. ⁊ teneret ad reſtitutionē.
Sic etiā nec furtū cōmittit nec rapi-
nā qui aufert furioſo occulte gladiuʒ
ne occidat. nō iniuſte. q꞉ nō in alteri⁹
nocumētū. Decimoſeptio peccant M
dn̄i q̄ a ſubditis ſuis p iniuſtas tallias
aut exactiōes indebitas. ſupfluas. in-
cōſuetas ſubditos ſuos grauāt. ⁊ ab
eis p̄fata exigūt. Sūt tn̄ aliq̄ caſus ſꝫ
Hay. ⁊ Hoſti. i q̄b⁹ licitū ē dn̄is vltra
cenſuʒ debitū aliqđ ſubſidiū modera-
tū exigere. Pꝛim⁹ ē p defenſiōe pn̄e
vt cū patria iiuſte ab hoſtib⁹ inuadiť
tūc em̄ ſubditi nō ſolū teneť ſuas res
impartiri. ſꝫ etiā tenenť coꝛpaliť ⁊ tota-
liter iuuare ⁊ laboꝛare. Secūdus ſi do-
minus vult ire in exercitū indictū ab
eccľia vel p̄ncipe ꝯtra hereticos vľ pa-
ganos. nec ſufficit ad expēſas. poteſt
a ſubditis petere ſubſidiū. Terti⁹ ſi in
bello ex pacto ſuo iuſto fuerit captus
ab hoſtib⁹. ⁊ n̄ ſufficit ſe redimē abſq̄ꝫ
damno graui. Quart⁹ ſi debeat filiaʒ
maritare. aut filiū deſponſare. Et ſi a-
liqua alia cā ſiľis emergat. De q̄b⁹ vi-
de latius in ſūmis. pōt licite a ſubdi-
tis petere auxiliū ſꝫ moderatū. Si vo
dn̄s extra tales ⁊ ſiľes rōnabiles cau-
ſas vltra cōſuetū exigere vellet. tenereť
ad reſtitutōēʒ ſm Hay. ⁊ alios. De- M
cimooctauo peccāt interdū q̄ in ꝯtra-
ctu cōductionis mercēnariū de p̄cio
ſuo nō ſtatim ſoluendo damnificant.
Vn̄ dicit Alex. de haľ. in ſūma. Talis
teneť reſtituere damnū. ⁊ etiā tantum
quātū mercēnario nocuit. Vn̄ Leui-
tici. xix. Nō moꝛabiť opus mercēna-
rij tui apud te vſq̄ꝫ mane. id eſt. operis
merces. Et Eccl. xxxiiij. Qui defrau-
dat mercedē mercēnarij. ⁊ q̄ effundit
ſanguinēʒ fratres ſunt. Et Jacobi. v.

dicit̃ diuitib⁹. Ecce merces opariorũ
vestroꝝ q̃ fraudata ẽ a vobis clamat.
⁊ clamor eoꝝ in aures dñi sabaoth in-
trauit. Põt aũt ille cui p̃ciũ solui de-
beret multipliciter damnificari nõ so
lutus. aut q2 tñ tenet̃ eadẽ nocte sol-
uere. aut alimoniã ⁊ alia necessaria e-
mere. vel p̃ncipi obnoxiũ fieri. aut ali
ud hmõi incurrere ꝓpter carẽtiam si-
P bi debite mercedis. ¶ Decimonono
peccãt q̃ defraudãt dños aut ciuitates
in steuris licite impositis. imo inter-
dũ illicite p tyrãnos extortis. Exem-
pli grã. Dñs alicui⁹ ciuitatis sibi sub-
dite imponit ei aliquã exactionẽ in-
iustam. ꝫ rectores dicte cõitatis ꝓ se ⁊
cõitate vt maius malũ euitẽt ꝓmittũt
eidẽ dño q̃ndã pecunie summã ⁊ sta-
tuũt quendã modũ recipiẽdi siue col
ligẽdi dictã pecuniã a singulis de illa
cõitate. imponẽdo cuilibet certã pecu
niã soluendã s̃m multitudinẽ bonoꝝ
suorũ vel aliter. Posito etiã. q̃ aliq̃s
ciuiũ dictã summã pecunie vel simul
vl' p partes ꝓmittẽs soluere dicto mo
do recipiat ad firmã pecuniã imposi-
tam cõitati dicto modo colligendam
Demũ posito q̃ aliq̃ de dicta cõitate
existimãtes hmõi exactionẽ iniustã.
⁊ iõ nõ soluendã nisi p violentiã ⁊ co-
actionẽ aliquam pecunie summã eis
impositã clam vel occulte retineant.
Querit̃ Goffred⁹ q̃olib. vij. q. xv.
Utrũ sic retinẽtes illud qđ est impo-
sitũ eis teneant̃ illud restituere. ⁊ hoc
illi qui recipit dictã collectã ad firmã
Rñ. Debitũ est vt vnusquisq3 tanq̃3 ps
tribuat ad cõmune bonũ conseruan-
dum suam portionem. Sicut etiam
quisq3 pro salute propria tenetur dare
tyranno bona exteriora. vel perdere
plus q̃3 permittat se perimi ab eodem
Et bene stant simul in proposito casu
⁊ in alio. q̃ aliquid iniuste ab aliquo
recipitur. ⁊ tamẽ iuste põt ab alijs exi
gi. vt si dñs a tyranno capit̃. si captus
sine subditoꝝ bonis redimi nõ põt. ⁊
tñ tyrãnus iniuste p̃ciũ recipit ⁊ resti-
tuere tenet̃. ⁊ subditi bñ faciũt dñm li
berãdo. Sic est in ꝓposito. vbi oẽs de
cõitate sunt sic vnũ corp⁹. ⁊ rectores
cõitatis q̃ñ rõnabiliter subditis aliq̃d
soluendũ imponũt tenent̃ soluere al's
cõitatẽ defraudant. ¶ Uicesimo pec- P
cant q̃ scienter tradũt hominibus ma
las pecunias. vel alias res pro bonis
postq̃3 ab alijs sic ad ipsos puenerũt.
Tales em̃ nec dant p̃ciũ iustũ. nec fi-
deliter agũt. nec bñ intendunt. ꝫ hoc
quo ad pecuniã p̃cipue intelligendũ
est. q̃ñ dat̃ pecunia que est falsificatio
monete cõis. secus si non eẽt falsifica
ta moneta. ꝫ in vno grosso plus de ar
gẽto a casu q̃3 i alio ⁊ minus de cupro
¶ Uicesimoprimo peccãt s̃m plures N
qui meliores denarios eligũt de mo-
neta nõ pure argẽtea. ⁊ resoluũt in ar
gentũ. vel vendũt p̃ciosius. ⁊ leuiores
eque chare vẽdunt. Patet. q2 tũc mo
netam reddũt minus acceptam. ⁊ ta-
les faciũt interdũ libram denariorum
ita leuem sicut precisores monete. qđ
tamẽ omnino illicitũ est. ergo nocent
cõitati eadẽ rõne interdũ. Sicut isti
de q̃bus Prouerb. xj. dicit̃. Qui fru-
menta abscondit maledicet̃ in pplis.
¶ Scđo p̃ncipaliter vidẽdũ ẽ de pal- K
liatis furtis ⁊ rapinis. De q̃bus est pri
ma regula magistri Matthei li. de cõ
tractibus. Quicũq3 exhibet se qualẽ
scit se non esse cui ꝓpter hoc p̃ncipali-
ter q̃ credit̃ eẽ talis qualẽ se exhibet.
dat̃. mutuat̃. vendit̃. vel fit aliq̃d boni
qđ nõ daret̃ aut fieret si sciret̃ nõ esse
talis. illud ipse iniuste pcipit. ⁊ ad re-
stitutionẽ tenet̃. nisi sibi aliũde cõpe-
tat de iure. vel ip̃e ꝓbabiliter ignoret.
q̃ hac rõne sibi detur vel fiat. Patent
ista. Quia si non debetur al's de iure
non dat̃ sibi vplũtarie. immo inuolũ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tarie: quia ex ignorãtia cui⁹ ipſe eſt cã
ꝑ ſuã falſaȝ exhibitionẽ ꝛ ſimulationẽ
ſequitꝰ ꝙ ipſe fraudulẽter recipiat. Si
iuxta hanc regulã diſcurrerẽt ſe hoies
o ꝗ multi inuenirent ſe iniuſtiſſimos
occupatores q̄ de diuitijs ſuis gloriã-
tur ꝛ aſpernãt ceteros vt malos. Pri-
mo em̃ ꝑncipes qui habẽt defendere
terram ꝛ ſubditos eiſ ꝗ ꝓuidere de iu
ſticia ad q̄ cõtributione ſubditorũ q̄ſi
ꝑcio conducti ſunt. de q̄nto defenſio-
nem debitã ꝛ iuſticiã negligũt. de tan
to cõtributionẽ iniuſte recipiunt. Se
cundo idẽ iudiciũ eſt de his q̄ ſe cleri-
cos ṽbo dicunt vel habitu vel officio
exteriori oſtendũt ꝛ nõ ſunt tales qua
les rõne clericatus eſſe deberẽt. Ex q̄
em̃ ille quẽ eps nõ acceptauit ꝛ ordi-
nauit in clericũ iniuſte recipit bñficia
eccleſiaſtica. ꝛ fruct⁹ eoꝝ. q̄ modo ille
corã deo iuſte recipiet quẽ de⁹ nunꝗ
in clericũ acceptauit. Quõ aũt eſt cre
dibile ꝙ de⁹ illũ vnꝗ in clericũ acce-
ptauerit. q̄ nunꝗ vt clericus viuere vl'
vt talis deo ſeruire ꝓpoſuit. ꝫ ſi aliq̄d
de his que ad clericuȝ ꝑtinẽt aſſũpſit
aut facit. hoc ꝑncipaliter ideo facit vt
per hoc faciliter redditus ꝛ pecunias
poſſit obtinere. ꝛ ꝑ illas ſeculares ha-
bere honores. cõuiuia. luxurias ꝛ va-
nitates ſeculi exercere. Et ſi aliq̄n bo-
nũ ꝓpoſitũ hȝ. ꝛ ꝓtũc iure ꝑcipit. nõ-
ne etiã tunc q̄n mutat ꝓpoſituȝ ꝛ ope
cõtrariũ implet iterũ ꝑcipiẽdi ius ꝑ-
didit. Tertio ſimiliꝰ eſt iudicandũ de
religioſis habitu: ꝛ irreligioſe viuẽti
bus. Quis em̃ credit. puto aũt ꝙ nec
ipſimet credere pñt hoies iõ eis bona
dare. conſtruere monaſteria. elemoſy-
nas ꝛ oblatõeſ porrigẽ. vt inde ꝛ de ta-
libus ꝯ deũ ꝛ regulã viuãt. Cuȝ ģ ipſi
ſolũ ſub ꝑtextu hmõi ꝛ colore petant
ꝛ recipiãt. ꝛ hoc intuitu eis detꝰ. vt vi-
delicet ſꝫm ſtatũ aſſumptuȝ deo ſꝰuiãt
ꝛ viuant. Ipſi nõ habẽt ius cõuertẽdi

data in aliud. maxĩe cõtrariũ ꝗ ad id
ad qđ data ſunt. ꝛ ipſi receperũt. Sci
to ergo quiſpiã religioſoꝝ ſciẽter con
tra ea facit. q̄ ad ſtatũ religioſuȝ de ne
ceſſitate ſalutꝭ ꝑtinent. iniuſte ꝑcepit
et abutitꝰ oibus monaſterio donatis.
etiã pane vel habitatione. niſi mutet
intẽtionẽ. ꝛ velit eis vti ſicut debet. ad
reſtitutionẽ tenetꝰ. Quarto ꝯformitꝰ
poteſt dici ꝙ qui ſciẽter conantꝰ vt res
q̄cunꝗ venalis melior appareat ꝗ eſt
bona quã emptor ꝓptꝰ hoc emit ꝑnci-
paliter qꝛ talẽ credebat eaȝ eſſe qualis
apparebat cõmuni iudicio. tñ tenen-
tur reſtituere q̄ntuȝ recipiũt vltra veꝝ
ei⁹ valorẽ. Et ſi reddatꝰ eis res eoꝝ in
tegra. totũ reddere ꝑcium tenebuntꝰ.
qꝛ nõ fiebat emptio niſi ꝓ tali re q̄lis
ſꝫm iudiciũ cõmune apparebat. Simi-
ter ſentiendũ ē de his qui rem bonaȝ
eſſe venalẽ oſtendunt vt vinũ clarũ ꝛ
ſapidũ in vitro ꝛ põſtea turbiduȝ. vel
alias malũ vaſis vinũ infundũt. Hec
de ꝑſato Mattheo. Quinto ſꝫm ꝑdi-
cta iniuſte agunt mercatores. vel alij
qui accomodãt pecunias ab alijs ꝛ vt
decipiãt. veſtes ꝛ apparatus habẽt ꝑ-
cioſos vt eis credatꝰ. cũ tñ ꝓbabiliꝰ ſol
uere debita nõ intẽdũt vel nequeant.
Scđa regula eiuſdẽ. Quicũꝗ inde
bite eſt alicui hoi causa timoris vere-
cundie. triſticie. vl' alterius paſſionis
ſibi oĩno inuolũtarie. cuius q̄dẽ paſ-
ſionis occaſione ille hõ mouetur ad
dandum mutuandũ vl' aliqđ vtile ſibi
faciendũ. ꝫ ipſe iniuſte recipit de tãto
de q̄nto illa datio ex illa inuolũtaria
paſſiõe ꝓcedit. ꝛ ad reſtitutionẽ tenetꝰ
niſi forte ſic ꝑtactũ eſt. illõ ſibi ex aliq̄
iure debeatꝰ. vl' niſi bona fide ꝓbabili
ter ignoret an inuolũtarie ſibi detꝰ. ſed
ꝓbabilẽ habeat ꝑſumptionẽ de volũ
tario. Illud patȝ. qꝛ q̄n iſte non habet
ius. ꝛ ſcit illũ dare ñ volũtarie. ꝛ vltra
hoc eſt indebite cã illius dationis. q̄

nō pōt res ſibi iuſte venire. Dico aūt
cuius ē indebite cā. q2 ſi das paupib9
elemoſynā ex timore mort' aut dāna-
tionis. ipſi nō iniuſte recipiūt. q2 non
ſunt cā illi9 timoris. Jmo adhuc ſi qs
eſſet cauſa illi9 timoris ꝫ nō indebite.
vt ſi neceſſe eēt nautā facere foramen
in naui. ꝓpter qd̄ oportet eijci. vł alijs
dare merces. ſi aūt nō eēt neceſſe. ꝫ fa
ceret hoc q2 ſperaret ſe obtēturū mer-
ces eiectas. ipſe ceteris parib9 nō ſolū
merces eiectas. ꝛ demū īuētas iniu-
ſte reciperet. ꝫ etiā teneret refundere. da
V to ꝙ eas nūꝗ̄ inueniret. ¶ Ex ꝓmiſſis
poſſunt multa elici. Primo ꝙ poten-
tes ꝛ dn̄i qn̄ petunt ſibi aliqd̄ dari vel
mutuari a ſubditis qd̄ pre timore in-
dignatiōis negare non audent. de tā-
to iniuſte recipiūt. de q̄nto ex inuolū
tario timore donat. Secūdo ſi qs pe-
tit vel mēdicat ꝑ tā honorabilē ꝑſonā
cui qs pre verecūdia tam paruā rem
negare ꝛ vultū eius non audet cōfun
dere. Tertio debitores q̄ minant cre-
ditorib9 niſi pars debiti remittat eis
ſe totum velle negare corā iudice. nul
li taliū ſunt abſoluti a debito qd̄ occa
ſione illius timoris dimittit. Quarto
hi qui moleſtauerūt homies ꝛ minā
tur amplius inimicari eis ſi nō cōcor
dauerint cum eis ꝑ voto ipſoꝝ. nō de
bent credere ſe vere ꝛ euāgelice recō-
ciliatos. etiā ſi offenſi ex illo timore
ſe iniuriā dimittere ꝛ v̄bo teſtentur ꝛ
ſcripto. Quīto mirimi ꝛ ioculatores q̄
nō vocati venīūt ad hoies ꝫ eis peni-
tus inuitis ꝛ dolentib9. ꝛ illi ꝑ verecū
dia vel timore oblocutiōis eorum aut
humane ꝯfuſionis ſuſtinēt eos. ꝛ ali-
qn̄ ioculationes eorū non ſunt ſecuri
in ꝯſciētia de eo qd̄ eis datur. de q̄nto
ex illis motiuis dat. quoꝝ ipſi ſunt cā
indebita. Sed hec omnia ſunt intelli
genda niſi ipſis alio iure cōpetat. aut
ꝓbabiliter appareat ꝙ voluntarie det.

Et ſicut additū eſt de tanto. de q̄nto.
ꝛ q̄ ſequunt cetera. q2 aliqn̄ hoies dāt
nō ſolū ex aliq̄ taliū paſſionū inuolū-
tariarum. ꝫ etiā ex affectu habēdi be-
niuolentiā. complacētiā. honorē. ſola
cium. aut laudē. ꝛ certe de tāto illi nō
iniuſte recipiūt. ꝛ aliqn̄ totaliter mu-
tatur affect9. Qn̄ autē hoc hz̄et poſſet
ꝯtingere ꝙ qui ꝑus iniuſte recepit iu
ſte poſtea retineret. q2 qd̄ prius erat in
uoluntariū. poſtea fit aliqn̄ nō ſolū vo
luntariū ꝫ etiā delectabile. ſicut cōi-
ter in his ꝯtingit ad q̄ mouet. vł in q̄-
bus ſurgit cōcupiſcētia. illa eñ nō fa-
cit inuolūtariū. ꝛ ideo q̄ ex illa dant.
iudicant licite poſſe retineri. nō obſtā
te ꝙ dans peccet in ſic dando ꝛ recipi
ens mereat cum peccato. ſupbie. aua-
ricie vel luxurie. hec magr̄ Mathe9.
¶ Circa tertiū principale de reb9 X
īuētis eſt ſpecialiter notandum. ſm
ſanctum Tho. ſecūda. ij. q. lxvj. ꝛ ſm
Alex. in ſuo. iij. diſ. xxiij. ꝙ q̄dam ſunt
res que nūꝗ̄ fuerunt in alicuius bo
nis. vt gēme lapilli q̄ inueniunt in li
tore maris. ꝛ ille res ſtatim ſunt inuē
toris. Dicit eñ d̄ illis lex in li. Jnſtit.
De rerum inuētione. gemme ꝛ lapil-
li ꝛ ſimilia q̄ in litore maris inueniū-
tur iure naturali ſtatim inuentoꝝ ſūt
ꝛ fiunt. ¶ Alie ſunt res que aliquādo
poſſeſſe fuerūt. ꝫ modo derelicte ſunt Y
vt thezauri antiq̄ tēpore ſub terra oc-
cultati. quoꝝ nunc non eſt poſſeſſor.
Et de iſtis dicēdum eſt ſicut de ſupra-
dictis. ſcꝫ ꝙ ſunt inuētoris. niſi ꝙ ſm
leges ciuiles tenet inuentor dare me-
dietatē dn̄o agri ſi in alieno agro inue
nit. nō data ad hoc opa. Propt qd̄ in
parabola euangelij Math. xiij. dicit
de inuentiōe thezauri abſcōditi i agro
ꝙ emit agrum illū vt haberet ius poſ
ſidendi thezaurum. Si v̄o inuenerit
thezaurum data opa. nihil tenet dn̄o
agri. Unde de illo dicit lex li. Jnſtit.

de reꝝ diuiſiõe. Quiſq́s theſauros in
loco ſuo inuenit Hadrian⁹ nãlem eq́ta
tẽ ſecut⁹ ei ꝯceſſit q̇ inuenit. ac ſi q̇s in
alieno loco. nõ data ad hoc opa ſꝫ for-
tuitu inuenit. dimidiũ inuẽtori. ⁊ dimi-
F diũ dño ſoli ꝯceſſit. ¶ Alie ſunt res q̃
de ꝓpinq̃ in alicui⁹ fuerãt bonis. ⁊ ſũt
ab eo derelicte. Et iſtas ſi q̇s iuenit ⁊
eas accipit nõ aĩo retinẽdi ſꝫ eas reſti-
tuẽdi dño eaꝝ q̇ eas nõ hꝫ ꝓ derelict̃
ille nõ cõmittit furtũ. nec in re cũ ſint
derelicte. nec voluntate. cũ eas dereli-
ctas ſciat aut credat. Si aũt in veritate
nõ ſunt derelicte. ipe tñ inuẽtor bona
fide h̕ credit ⁊ accipit etiã aĩo retinẽdi
tũc ignorãtia facti eũ excuſat. vt dicit
Alex. Si aũt nõ credat eas derelictas
⁊ accipit eas aĩo retinẽdi. tũc furtum
cõmittit. qꝛ contrectat rem alienã. Et
de h̕ intelligit illud Aug. in q̃dã ome
lia ſic dicẽtis. Si q̇d inueniſti ⁊ nõ red
didiſti rapuiſti. Dicit tñ Pe. pal. i. iiij.
de ꝯſuetudine theſaurus vbicũq̄ inuẽ-
tus ſit ẽ ꝑncipis. ⁊ ſic ille ſolus põt fa
cere elemoſynã. Eſt eñ theſaurus ve-
tus depoſitio pecunie cui⁹ memoria
nõ extat. Sꝫ quomõ reſtituent̃ inuẽ-
ta q̇ñ neſcit̃ cui: Rñ. ſm Ray. Faciat
inuẽtor publice dici ꝑ preconés. vel ꝑ
eccl̃ias vbi rem iuenit. Et ſm Hoſti.
anteq̄ dño reſtituat̃ ſi dubiũ ẽ cui⁹ ſit
certificari dꝫ inuẽtor ꝑ circunſtantias
rei. al̃s forte m̃lti nõ dñi eã peterẽt.

¶ Capitulum. v.

G De emptiõe ⁊ venditiõe. circa q̃
ſepe plura valde illicite acqui-
runt̃. tria nũc ſunt videnda. Pri
mo q̃ requirant̃ ad talia. Scðo q̃ ꝑperi
culoſum ẽ habere officiũ mercatorũ.
Tertio q̃liter ſe debeant habere bñ vt
H ſaluent̃ mercatores. ¶ Circa ad ꝑmũ
notãdũ. q̄ ſm Vinceñ. in ſpe. hyſto.
li. ij. mercatoꝝ ꝓprietates Cayn ꝑmus
habuiſſe videt̃. qui ſimplicitatem vite
hominũ ad inuentionẽ menſurarum
et ponderũ ꝯmutauit. atq̄ ad callidi-
tatem ⁊ corruptionẽ perduxit termi-
nos terre primus poſuit rapinis. ⁊ vi-
olentia opes cõgregãs ſuos ad latro-
cinia inuitauit. Quis igit̃ negociatio
vt hodie res ſe hꝫ. de ſe non ſit illicita.
qꝛ ipa mediãte bona terrarũ quarun-
dam alijs terris taliũ carentiã haben-
tibus aduehũt. ⁊ ecõuerſo. tñ ibi ma-
gne fraudes fiunt. ¶ Unde ſcðo no- C
tandũ. q̄ ſm Tho. ſcða. ij. q. lxxvij. et
Sco. in. iiij. diſ. xv. duplex eſt cõmuta-
tio. Una economica quãdo cõmutãs
intẽdit recipe rem nõ vt merceť in ea.
ſꝫ vt ipa vtat̃. Alia ẽ cõmutatio negoci
atiua vbi cõmutans intẽdit lucrari de
re quã acquirit. Emit eñ rem non vt
vtatur ea. ſꝫ vt vendat charius. Ad pri
mam cõmutationẽ vt ſit iuſta quinq̄
req̇runt̃. Et ad ſecundã vt ſit iuſta ea-
dem. Et adhuc duo alia requiruntur.
Primo igit̃ ad contractũ emptiõis ⁊
venditiõis. ⁊ ad quẽcunq̄ cõtractum
requirit̃ libera volũtas i vtroq̄. ſcilicet
vendẽdi in vno ⁊ emẽdi in altero. id ẽ.
q̄ dans velit trãſferre. ⁊ recipiẽs velit
accipe rem transferendã. Scðo requi-
rit̃ libertas in vtroq̄. ita q̄ neuter ipſo
rum ꝓhibeat̃ lege ſupioris. nec ꝑ actũ
alterius a quo dependeat. Et ꝓpť de-
fectum hmõi nõ poteſt monachus ſi-
ne licentia ſupioris. nec filiuſfamilias
ſine licẽtia patris emere vel vendere.
Tertio requirit̃ vt fiat ꝯmutatio ſine
fraude interueniente bona fide. Ideo
.j. Theſſal̃. iiij. Hec ẽ volũtas dei ne
quis ſupgrediat̃. neq̄ circũueniat in
negocio fratrẽ ſuũ. Per li ſupgredia-
tur inequalitatẽ iuſti precij excludit.
de q̇ poſt pauca dicet̃. ⁊ circũueniat ꝑ
fraudẽ. ¶ Fit aũt ſm Tho. fraus tri- D
plicit̃. Pmo in ſubſtãtia rei vẽdite. vt
cũ quis rem vni⁹ ſpeciei ſciẽter vendit
pro re alterius ſpeciei aut ſubſtantie
minus ꝑcioſe. vt aurichalcũ pro auro

aut aquã pro vino. aut mixtū ꝓ puro. aut denariū cupreū pro aureo. ↄtra il lud Eſa. j. Argentū tuū verſum eſt in ſcoriã. vinū tuū mixtū ē aq̄. Scḋo cōmittit̃ fraus in q̄ntitate. q̄ ꝑ menſuraʒ cognoſcit̃. ſiue res mēſuret̃ ꝑ pondus ſiue ꝑ aliã mēſurã corꝑalē. vt modiuʒ vel ſextariū. ſiue ſit in liquidis ſiue aridis. Et ſil̃r in libra ꝛ pōdere. Et i oībus iſtis vniuerſaliter oportet eē iuſtã mēſurã in vēdendo ꝛ emēdo. al's iniuſtum fit. Jō Deut. xxv. dicit̃. Nō habebis in ſacculo diuerſa pōdera mai⁹ ꝛ min⁹. nec erit in domo tua modius maior ꝛ minor. abhominatur eñ dñs eū q̄ hoc facit. ꝛ aduerſat̃ omnē iniuſticiã. Tertio ↄmittit̃ fraus in q̄litate. puta cū q̄s animal infirmū vendit q̄ſi ſanū. aut vinū corruptū q̄ſi ſanū ꝛ purū. aut crocū mixtū cū re viliori. Ex q̄ ꝑʒ ꝙ q̄ faciūt res inutiles ꝛ defectuoſas. defectuſq; earū ex induſtria ꝛ ſtudioſe obtegūt ꝛ occultãt. tenent̃ ad reſtitutionē illi⁹ qḋ occaſiōe talis occultatiōis eis dat̃ ꝓ reb⁹ niſi res nō obſtãte defectu tantū valeat q̄ntū datur. Et ſil̃r eſt de hñtibus res venales iudicãdū. Dia iſta ꝓbantur ex. de iniurijs ꝛ damno dato. Qui eñ dat occaſioneʒ damni. damnū dediſſe videt̃. ſʒ defraudans aliū in ſubſtãtia. q̄litate. ꝛ quantitate. dat ei occaſionē damni. al's eñ nō ꝑmutaret. Et in his oñibus dicit Tho. nō ſolū peccat q̄s iniuſtã venditionē faciendo. ſʒ etiã ad reſtitutioneʒ

E tenet̃. ¶ Quarto exigit̃ ꝙ ad min⁹ habitualit̃ intēdat ſi veracit̃ agnouit rē nō fuiſſe talē qualis ſm cōtractū eſſe debuerit. ꝙ h̄ velit ſicut rōnabile fuerit emēdare. Si eñ vēditore ignorãte aliq̄s ꝑdictoꝝ defectuū i re vēdita fuerit. vēditor q̄dē nō peccat. tenet̃ tñ cū ad ei⁹ noticiã puenerit veracit̃ ſaltem damnū recōpēſare emptori. Et qḋ dictum ē de vēditore. etiã intelligēdū eſt ex parte emptoris. Cōtingit eñ q̄nq; venditorē credere rem eē min⁹ precioſam q̄ʒ tū ad ſpēm. puta ſi q̄s aurū vēdat loco aurichalci. emptor ſi iſtḋ cognoſcat iniuſte emit. ꝛ ad reſtitutionē tenet̃. Et eadeʒ rō eſt de defectu q̄litatis ꝛ q̄ntitatis. vt ſi q̄s ſimplex ꝑegrinus credēs equū ſuū valde īfirmū, exhibet eū venalē. ꝛ emptor aſtut⁹ q̄ʒuis noſcat defactū eſſe ꝑuū aut forte ꝑ nocte m ſanabileʒ. ꝛ tñ emit eū ꝓ paruo precio q̄ſi valde infirmū. ille ſciēter et iniuſte dãnificat ꝓximū ſuū. ꝛ peccat cōtra hoc mãdatū. ꝛ tenet̃ ad reſtitu-

tionē. ¶ Quinto req̄rit̃ eq̄litas valoris int̃ res ꝑmutatatas. aut inter rem emptã aut vēditã ꝛ ꝑciū. Nã rem charius vēdere aut vili⁹ emere q̄ʒ valet i ſe vel eſtimatiōe hoim. eſt ↄ̄ iuſticiã ſm phm. j. polit. Et ↄ̄ illud qḋ xp̄s dicit Math. vij. Dia q̄cūq; vultis vt faciãt vobis hoies ꝛ vos facite illis. ſʒ nullus eſt q̄ ſibi vellet rem charius vēdi q̄ʒ valeat. q2 ſic dãnificaret̃ vt plurimuʒ vel ſemꝑ. Vñ Auguſ. xiij. li. de ciui, dei. Velle vile emere ꝛ chare vēdere reuera viciū ē. Di aūt ꝙ nō lʒ rem charius vēdere vl' vilius emere q̄ʒ valeat i ſe vl' in eſtimatōe hoim. In trib⁹ eñ caſib⁹ licet rem chari⁹ vēdere q̄ʒ ſit empta iō q2 aut res meliorata ē in ſe. vel in eſtimatione hoim. aut rōne ſeruicij circa rem emptã exhibiti. Prio eñ res empta pōt meliorari aliq̄n nãliter. vt q̄n fit de ipuro vino puꝝ. ꝛ de ġcili ligno forte. ꝛ de equo triū annoꝝ octennis. Aliq̄n artificialit̃ fit empte rei melioratio. vt melior ē pãn⁹ i tunicã forma t⁹ q̄ʒ ſimplex pãnus. Aliq̄n fit nãlit̃ et artificialit̃ vt meli⁹ ad ignē valēt ligna ſicca q̄ʒ hūida. Scḋo ꝑncipit̃ res empta pōt meliorari nō i ſe. ſʒ in opiniōe hoim. aut q2 neſciebatur ꝑus q̄ʒ bona eēt. aut q2 eſt iã indigētia ei⁹ q̄ ꝑus nō fuit. vt patet de pillulis peſtilentiali- F

bus extra tp̄s peſtilētie ꝛ in tꝑe peſti-
lentie. ꝛ in multis alijs modis. Et tã
in p̄mo q̄ȝ in ſcd̄o melioratiōis modo
pōt res charius vēdi q̄ȝ empta ē. Ter-
tio p̄ncipaliter idē fieri pōt ex ꝑte ven
dentis. videlicet rōne ſeruicij. qd̄ circa
eā fecit vel officij qd̄ circa eã habet. ꝛ
hac rōne collectores hoſpitū. campſo
res. inſtitores caupones. peneſtici. ꝛ q̄
cunqȝ ſtationarij. pn̄t rem etiã nullo
modo mutatā nec in ſe nec in eſtima-
tione hominū vēdere charius q̄ȝ eme
runt. ꝛ hoc ꝓpter ſumptus labores. in
duſtrias. curas. pericula. ꝛ alias occu
pationes rōnabiles. Et multo plus q̄
adducunt res a longinq̄. Rō eſt. q꞉. j.
Cor. iij. Vnuſq̄ſqȝ recipiet mercedē
ſm̄ ſuū ꝓpriū laborē. Eadē em̄ rō eſt
de mercatore ſicut de alio laboratore
ꝙ ſibi merces detur pro ſuis labore.
G industria. cura. ꝛ ſilibus. Vn̄ tam
ſm̄ diuinā q̄ȝ naturalē legē illicitū re-
putatꝰ ſi in emptiōe ꝛ venditiōe nō ſit
eq̄litas iuſticie ſeruata ſcienꝰ. ꝛ ille q̄
plus habꝫ poſtq̄ȝ innotuerit ſibi illud
tenetꝰ recōpēſare ei q̄ dānificatꝰ ē ſi ſit
notabile dānū. Nō dico. q꞉ iuſtū pre-
ciū rer. nūqȝ nō ē punctualiꝰ determi
natū ſꝫ magis in quadã eſtimatione
conſiſtit. ita ꝙ modica additio vꝉ mi-
nutio non videtꝰ tollere eq̄litatē iuſti-
cie. vt Tho. dicit. Et addit Scotus. ꝙ
quādo cōmutantes pēſata neceſſitate
mutua reputāt hincinde equalēs da
re ꝛ accipe. ita ꝙ vterqȝ cōputat tantū
dare quātū recipit. ꝛ ecōuerſo. recipe
quantū dat. ſi tunc aliqd̄ modicū defi
cit ab indiuiduali eq̄litate. nō erit iniu-
ſticia reputanda. q꞉ qn̄ ex tali eſtima-
tione de datiōe ꝛ receptione equalen-
tis mutuo ſūt ꝯtenti. tūc mutuo ſibi
volunt remittere. verifisitꝰ ſi i aliq̄ de-
ficiūt ab illa iuſticia requiſita. Et ſic iſto
rū cōtractuū quēlibet cocomitatꝰ aliq̄
donatio ꝯditionalis, vt ſi aliqd ſit am
plius in re data. Veruntamē ſi aliq̄s H
multū indigeret de re aliq̄ ꝛ aliꝰ ledatꝰ
ſi ea careat. ꝛ ꝓ magnā inſtātiā ille in-
ducitꝰ ad vendendā rem ſuā. vel ad ꝑ-
mutādū ꝓ re alteriꝰ. tunc cū poſſit ſe
ꝯſeruare indēnem erit i caſu tali iuſtū
ꝓciū nō reſpiciēdo ſolū ad rē q̄ venditꝰ
ſꝫ etiā ad dānū qd̄ venditor ex vēditio
ne incurrit. ꝛ ſic licite pōt aliq̄d chariꝰ
vēdi q̄ȝ valeat ſm̄ ſe. q̄ȝuis nō vendatꝰ
plus q̄ȝ valeat habēti. Si vo aliquis
multū iuuetꝰ ex re alteriꝰ quā accepit
ille vo qui vēdidit nō dānificetꝰ caren
do re iſta. nō debet eā ſupuēdere. quia
vtilitas q̄ alteri accreſcit nō eſt ex ven
ditione ſꝫ ex cōditione emētis. nullus
aūt debet vēdere alteri qd̄ nō eſt ſuuꝫ
licet poſſet ei vēdere damnū qd̄ patiꝰ
Ille tn̄ qui ex re alteriꝰ accepta mul-
tum iuuatꝰ. pōt ꝓpria volūtate vēden-
ti aliq̄d ſuperogare. qd̄ ꝑtinet ad eius
honeſtatē. Et ſic pꝫ ꝙ q̄nqȝ req̄runtꝰ I
ad cōmutationē economicā. ſꝫ ad ne-
gociatiuā adhuc ſup ꝓfata. requiruntꝰ
alia duo. Prio ſi debeat eē iuſta oꝫ ꝙ
talꝰ cōmutatio ſit vtilꝰ reipublice. ſic eſt
de mercatoribꝰ illꝰ q̄ afferūt res de p̄tia
vbi abundāt ad p̄tiã vbi deficiūt. q̄rū
tū vſus eſt ibi neceſſariꝰ. Et etiā q̄ res
emptas cōſeruāt vt ꝓmpte inueniantꝰ
venales a volētibꝰ eas emere. tales ha
bēt actū vtilē reipublice. Oportet em̄
ꝙ nec aliq̄s credat nec credēdi rōnem
habeat emptionē eſſe cōmunitati vel
reipublice ꝓiudicialē. Propter defe-
ctum illiꝰ cōditionis ſunt aliq̄ vitupa
biliter negociatores. puta q̄ nec trāſſe
runt nec conſeruāt. nec eoꝝ induſtria
melioratꝰ res venalis. nec certificatur
aliꝰ ſimplex d̄ valore rei emēde. ſꝫ emit
mō vt ſtatim vēdat ſine oībus iā dictꝭ
cōditionibꝰ. Talis eēt exterminādus
a re publica tanq̄ȝ nociuꝰ cōmunitati.
eo ꝙ ꝓhibet imediatā cōmutationē
volētium economice cōmutare. ꝛ ſic



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

faciūt quodlibet venale vſuale charꝰ
emēti ꝙ deberet eſſe ⁊ vilius vendēti.
⁊ ſic dānificāt vtrāqꝫ partē. Patet etiā
ꝙ illi qui frumēta vel alias res vtiles
cōmunitati vl' neceſſarias ⁊ bonas ad
ad h̄ ꝑncipalit' emūt. vt nō deſint ciui
tati patrie. vl' aliqua alia bona intētio
ne. non intēdentes cariſtiam induce-
re. ꝫ quādocūqꝫ neceſſitatē vel notabi
le grauamen pauperū viderint. vēde-
re iuxta cōmunē ⁊ rōnabilē eſtimatio
nē. Tales em̄ licite ⁊ meritorie pn̄t h̄
facere. ⁊ aliquādo cariſtiaꝫ impedire.
Sed illi q̄ in cōgregādo talia nec cō-
munitati ꝓſunt nec vtilitatē eius in-
tendūt. ꝫ ſoluꝫ lucrū ſuū nihil niſi ca-
riſtiā expectādo grauiſſime peccant.
Ratio eſt. q2 q̄libet in cōmuntate vi-
uēs rōne charitat' ꝓximi ⁊ rōne emo
lumenti. vtpote ſolatij defenſiōis ⁊ ſi-
miliū debet cōitati eſſe vtilis ⁊ maxie
nō nociuꝰ. Et ſcḋm iura turpis eſt pars
q̄ ſe nō conformat ſuo toto. Pn̄t aūt
vtriqꝫ p̄miſſoꝝ ſe ex hoc ꝯſiderare. q2
qui intēdit cariſtiā dolet d̄ frumētoꝝ
copioſo prouētu. Alius vō ex hoc vl'
K letus ē. vel cōtentꝰ. ⁊ nō triſtis. ¶ Se-
cundū req̄ſitū ad cōmutationē nego
ciatiuā eſt vt vēdens pro re vendibili
recipiat iuſtū preciū. Eſt aūt iuſtū pre
ciū cōſiderandū ſcḋm ꝙ res vendibiles
valēt ad vſum hominū plus vel minꝰ
ſcḋm neceſſitatē rerum interdū ſcḋm de-
ſiderium hominū qḋ habent ad res.
Et licet difficile ſit dare de valore rei
ſufficientē ⁊ generalē regulam. tamē
hanc regulam quidam doctor tradit.
Sicut eſtimatio que veriſimilit' bo-
na fide credit' erronea eē nō eſt ſeq̄n-
da. ſic cōmunis eſtimatio in q̄ nullus
error veriſimilit' apparet ſeq̄nda eſt.
ſiue in ſpecie. ſiue in ſingulari. vbi vō
nulla eſt. vel nō vl' non vera eſtimatio
ſibi recurrat' ad rationē pēſando labo-
res. ſumptꝰ ⁊ cetera ſtatim dicēda bo

na fide prout melius pōt fieri. nec nō
meliorationē vl' peiorationē ſiue rea-
lem ſiue eſtimatā. ⁊ iuxta hoc res vē-
dat'. talis negociator iuxta diligentiaꝫ
ſuam ⁊ induſtriaꝫ ⁊ pericula accipiat
in cōmutatione ꝑcium correſpondēs
Quod declarat Sco. quia vnūquēqꝫ
in ope honeſto ſeruienteꝫ reipublice
oportet de ſuo labore viuē. ꝫ talis aſ-
ferēs. vel etiam conſeruās honeſte ⁊
vtiliter ſeruit rei publice. igit' ⁊c. Se-
cundo. quia vnuſquiſqꝫ induſtriā ſuā
⁊ ſollicitudinē ſuā poteſt iuſte vēdere
Induſtria aūt magna requirit' in tali
transferēte de patria in patriam. g̃ pōt
iuſte ſuſtentationē ſuam pro ſe ⁊ fami
lia ſua ad illam neceſſitatē deputatā
recipe ꝑcium correſpondēs ſue indu-
ſtrie. Tertio etiaꝫ correſpondēs aliq̄d
ſuis ꝑiculis. Semꝑ tn̄ lucrū debet eē
moderatū. ne tal' cupiēs nimis diues
fieri viciū auaricie incurrat. ¶ Ad hoc L
vō ꝙ vēditio vl' emptio ſit bona mate
rialiter requirūtur conditiones ⁊ cir-
cūſtantie cōmunes. ſicut in alijs acti
bus moralibꝰ. potiſſime finis. ꝙ non
ſit in ſcandalū. in malū exēplum. con
tra votū. vl' ex auaricia. Vn̄ dic' ſctūs
Tho. ꝙ emēs nō dꝫ lucrū ſtatuere tā-
ꝙ finē ſuū. vl' ſuoꝝ operū. ꝫ lucrū qḋ
q̄rit vlteriꝰ ordināte i aliū finē neceſſa
riū vl' honeſtū. vt ad ſuſtētationē do-
mus ſue vl' ad ſubueniēdū indigētibꝰ
ſi ſit negociatio licita. vl' etiā cū q̄s ne
gociationē intēdit ꝓpt' publicā vtilita
tē. ne ſcꝫ res ad vitā nc̄carie deſint pa-
trie. ⁊ tūc lucrū expetit nō tāqꝫ finē ꝫ
q̄ſi ſtipēdiū labor'. ¶ Sꝫ ē dubiū. vtꝝ M
vēditor teneat' dicē viciū rei vēdēde.
Rn̄ ſcḋm Tho. quodli. ij. q. x. ⁊. ij. ij. q.
lxxvij. arti. iij. Si res vēdēda ꝓpt' vi-
ciū qḋ hꝫ reddit' minoris valoris. vl' eiꝰ
vſus reddit' impeditꝰ vl' noxiꝰ. ſic cuꝫ
equꝰ claudicat. vl' domꝰ ē ruinoſa. aut
cibꝰ corruptꝰ vl' venenoſꝰ. ſi tūc hmōi

viciū eſt occultū. ⁊ vēditor nō detegit
ē ſi tā chare vēdit ac ſi nō eſſet vicioſa
erit vēditio doloſa. ⁊ vēditor tenet ad
dāni recōpēſationē. Si vo viciū ſit ma
nifeſtū. puta cū equ9 ſit monoculus.
vel tale manifeſtū viciū habet res vē-
denda. vel cū uſus rei licet nō ꝯueniat
uni vēditori. pōt tñ ꝯueniēs eē alteri. ⁊
ſi tūc ipſe vēditor ꝓpt hmōi viciū ſub
trahat de ꝑcio quātū oportet. tunc nō
tenet ad manifeſtandū viciū rei. quia
forte hmōi emptor vellet plus ſubtra
hi de ꝑcio q̄ eēt ſubtrahendū. vñ pōt
licite vēditor indēnitati ſue ꝯſulere vi
ciū rei reticendo. Verbi grā. exēplifi-
cant doctores alij. Tu vēdis mī equū
oīno malū ⁊ q̄ nihil valet ad equitan-
dū. ⁊ das mihi eū ꝓ tanto ꝑcio. quan
tum ſola cutis valet nihil iniuſtū facis
mihi q̄ equ9 nō valet ad eq̄tandū. ni-
ſi ego in ꝯtractu interrogarē. an equ9
valeret ad eq̄tandū ⁊ tu diceres q̄ ſic.
tūc eī cōtractus iniuſt9 eſt ⁊ fraudu-
lentus. Si aūt ego ex ſimplicitate. vl'
inaduertētia nō conſiderarē illū defe-
ctum. nec inq̄rerē. tu tñ bene ſcires q̄
ego ꝑncipaliter ad equitandū eū eme
rē ⁊ ex ſimplicitate vl' inaduertētia id
nō dicerē. tu q̄dē peccas ꝯ me. nō iniu-
ſte ad extra vēdēdo. ſed minus fideliter
⁊ charitatiue circa me agendo. Hec ē
ſentētia Tullij q̄ narrat de Antipatre
ꝑho acutiſſimo. q̄ dixit. Oia vicia em
ptori pandēda ſunt. Et poſt plura ei9
v̄ba ꝯcludit. Tulli9 li. iij. de offi. Nihil
debet vēditor emptori celare. Et ſi in
crepādi ſunt q̄ reticent. q̄d de his eſti-
mandū eſt q̄ fucatiōis vanitatē adhi-
N bent. ¶ Sed q̄d de his mercatorib9 ⁊
⁊ cōtrahētib9 q̄ ſciūt veriſilr̄ iuſtū ꝑ-
ciū ⁊ tñ ſigno vel v̄bo vel ſilētio rē ſu-
peruēdūt. Rñ. q̄ triplr̄ pñt tales viciū
cōmittere. Primo ſi vidēs hoiem ſim
plicē ⁊ inexpertū circa rē. nō facit dili-
gentiā fidelē. vt ei nō ſupuēdat. q̄ eīn

inexptus hō neſcit rē eſtimare. idō ven
ditor nō pōt ſe ſcḋm illi9 exhibitionē in
vēdēdo regē. ſed tota ei9 eſtimatio ſibi
incūbit. ⁊ q̄ niſi fidelē diligentiā adhi-
beat nō ē ſine pctō ſi rē ſupuēdat. Se
cus aūt eſt qñ vēdit res hoi intelligēti
⁊ experto circa rē. Scḋo qñ emptor. aut
vēditor eſt artat9 nccitate. vl' inordina
ta affectōe impulſus. tūc nequaq̄ pōt
alter dubi9 de valore rei tāſecura con
ſciētia durus eſſe erga eū ceteris pari-
bus. ſicut erga liberū ⁊ oīm tali impul
ſu carentē. habet eīn timere q̄ ex illa
artatione charius emat q̄ alias face-
ret emptor. vel q̄ venditor vēdat re-
miſſius. Tertio qñ vēditor aliqua ar-
te vel cautela verborū etiā ſi v̄ba ſint ⁊
nō falſa inducit emptorē ad emendū
charius q̄ alias emeret. vt ſi venditor
rem q̄ vix valet vnū denariū ſcient ex-
hibeat ꝓ q̄ttuor. ⁊ emptor ex verecun
dia vl' q̄ nō credit ſupexhiberi rem in
q̄druplū. exhibeat ⁊ det plus q̄ vnū.
venditor corā deo tenet ad reſtitutio-
nē ei9 q̄ plus vno recepit. Tenet eīn
ad reſtitutionē ſi rem ſcienter ſupuen
deret. etiā ſi illū nullo mō induceret.
q̄ntomagis qñ hoc ꝑ cautelas efficit.
⁊ maxie ꝑ falſitates ⁊ mēdacia h̄ pcu
rat. ¶ Scḋo ꝑncipalit̄ videndū eſt q̄ O
periculoſū ſit mercari vel negociari.
Et hoc pz ex ſeptē q̄ eam reddūt pe-
riculoſā. Primo ignorātia interdū
valoris rerum. ⁊ q̄nti eſtimādi ſint la-
res. cure pericula. ⁊ cetera hmōi q̄ ne
gociantes habēt circa venales res. in
quarum eſtimatione merito quilibet
eſt ſibi ſuſpectus. vtpote iudex in pro
pria cauſa. Et in hoc min9 periculoſe
ſtant q̄ vendunt res apud multos in-
uenibiles ⁊ venales. q̄ facili9 ⁊ ꝓpin-
quius pōt haberi eſtimatio. ⁊ homies
nō ſunt artati ad vnū. Quiſq̄s vo ha
bet rem venalē. vel exercet officiū aut
laborē nō poſſibilē apud aliū haberi.

Sicut aliqñ ſolū vnꝰ eſt notariꝰ. medicus. apothecariꝰ. vł aliꝰ talis. hic debet ſibi multomagis eē ſuſpectꝰ ⁊ valde cauere ne i neceſſitate hoīm exigat aut recipiat vltra rei aut laboris ſui valorē. Secunduȝ reddēs negociationē ꝑiculoſaȝ. eſt diffidētia de ꝓximis. q̄ ſurgit ex cautelis ⁊ fraudibꝰ oī die cōtingētibꝰ. ꝓpt̄ qȯ vendētes multo charius exhibēt res q̄ȝ valēt. ⁊ emētes mł to minus q̄ȝ velint dare. ⁊ ſic vtrobiq̄ȝ multa falſa dicunt̄. ⁊ nō pauca mēdacia. ⁊ q̄ñq̄ȝ piuria cōmittunt̄. Tertiū ē inordinatꝰ timor dāni. ⁊ lucri deſideriū exceſſiuū ac affectꝰ res cito vēdēdi Ex q̄bus orit̄ ꝯſuetudo laudādi vendenda. ⁊ emēda vituꝑandi. q̄ quidem timor ⁊ deſideriū tp̄e cōtractꝰ ſic mētem vrgent ⁊ occupāt ꝙ modicus vel nullus reſpectꝰ ad deū vł iuſticiā ſolet h̄ri. Quartū ꝯtinua ⁊ anxia ſollicitudo ⁊ occupa/ o cū talibꝰ rebꝰ extriſec̄ ⁊ diuerſis hoībꝰ. q̄ raro mētis recollectionē admittūt. ⁊ in q̄bus tāta habet̄ diligentia ꝙ debitū deo ſuitiū ⁊ cura ꝓprie ſalutis omittit̄. Quintū eſt malum exemplu ȝ qȯ q̄s videt in maiori parte mercātiū. ꝓpter quoꝝ multitudinē homo plane volēs ꝓcedere vix pōt aliq̄d lucrari mercādo. Sextū eſt cōtinua occupatio cum vero obiecto ⁊ materia auaricie. ſcȝ cum tp̄alibus bonis ⁊ etiam cum forma eiꝰ. qꝛ cum mō acquirēdi eadē nec nō cū auaris. circa q̄ videt̄ tamdifficile auariciā vitare. ſicut aſſidue cōuerſando cū ꝓcacibus mulieribus cōtinentiā ſeruare. Septimū eſt raritas pure intētionis. qꝛ v lde rarum eſt vt q̄s recte intēdat in mercādo vtilitatem ꝓximoꝝ. ⁊ ſic ſm̄ vtilitatē officij vel obſequij ſui victum mereri. que tamē intentio tā neceſſaria eſt ꝙ ſine tali intētione actuali vel habituali nullus actus negociationis eſt meritoriꝰ apud deū, etiā ſi q̄ ad hoīes nihil iniuſti fiat. imo dubiū ⁊ diſputabile eſt. an iſte q̄ nō intendit in mercando hominū vtilitati ſeruire etiā ſi vtilis ſit. poſſit aliq̄d ſm̄ deū ꝓ labore ſuo recipe. Tertio ꝑncipalit̄ P videndum eſt quō mercator cupiēs ſaluari debeat ſe tenere. Reſpōſio. ꝙ debet ante oīa intēdere non plus debito recipe. vł minus dare ſcienter ⁊ velle ſupplere vbi ꝑcepit defectū. ⁊ fideliter ſeruiēdo. aut prodeſſendo his a q̄bus vult victum acquirere. ⁊ cum timore lucrum recipe. ſm̄ nobilitatem ⁊ grauitatē ⁊ vtilitatē cure laboris, induſtrie. ⁊ ſumptuū q̄s ⁊ quas ꝯtingit habere. nec nō ſm̄ magnitudinē. multitudinē. aut p̄cioſitatē reruȝ in q̄bus ſeruit aut miniſtrat hoībꝰ. nec tm̄ negociatiōi intēdere vt ꝑ hoc aliq̄d eoꝝ negligat q̄ ſue ſunt neceſſaria ſaluti. Dico aūt nobilitatē ⁊c̄. q̄a dato ꝙ negociatoris merces adducētis tantus eſſet labor ſicut militis defendētis terrā. nobilior tm̄ ē labor milit̄ ceter̄ paribꝰ. q̄ȝ alteriꝰ. qꝛ ad nobiliorē finē tēdit. ſic etiā ſtaret ꝙ labores cure ⁊ cetera eēnt eque nobiles ⁊ ḡues ⁊ tm̄ vnꝰ eſſet magis neceſſariꝰ alio. ꝓ iſto certe ſibi magis deberet̄. Dico etiaȝ ſm̄ mł titudinē. magnitudinē ⁊ p̄cioſitatē rerū. qꝛ peneſtica vēdēs. ſ. piſū ⁊ olera ⁊ de vno floreno cōitati ſuiens. nō pt̄ tm̄ lucri recipe. ſic̄ inſtitor vendēs nobiles ⁊ multū vtiles res. Nec inſtitor ingere q̄dā mō reſidens ceter̄ paribꝰ pōt tātū lucrū recipe. etiā ꝺ eque mag̃ pecunia. ſic̄ res eque bonas ꝺ ꝑtibus longinq̄s adducēs. Et iō ſi q̄libet ſm̄ ſtatū ſuū vellet viuē. ⁊ ſm̄ meritū ſuū lucrū recipe. oīa ſtarēt eo meliꝰ. Sȝ qꝛ peneſtica de modico p̄cio ⁊ labore tm̄ vult lucrari. ꝙ q̄tidie bonis cibis ⁊ potibꝰ repleta ſit. ⁊ vltra h̄ cōtinue plus dicet̄. q̄ ſi debite ꝑpēderet. vix nuduȝ pane mereret̄. Et iſtitor de modico la

bore ꝛ precio reſpectiue vult ſe ꝛ ſuos
tam delicate nutrire ꝛ ꝓcioſe veſtire ſic
vnus de multo maiori ſūma. grauio-
ri ꝛ vtiliori labore cōitati ſeruiēs. ꝛ ita
diſcurrēdo de alijs. Hinc ē ꝙ qſi oēs
auaricie ꝛ ſupbie ꝛ voluptatis morbo
laborāt ꝑ q̄ tantū excecant̄ ꝙ credunt
ita eſſe debere ex h̄ ꝙ illa ſūt cōiter iaꝫ
cōſueta. ꝛ ꝙ q̄ſi oēs ſic agūt. cū tñ nul
la cōſuetudo poſſit excuſare in his q̄
ſunt ꝯ rectā rōnē. ſ꜄ ſolū in indifferēti-
bus q̄ pñt fieri bñ ꝛ male. Nulla autē
recta rō videt̄ dictare h̄ bonuꝫ ꝙ filia
ſimplicis militis aut burgenſis. q̄ntū
libero pulcra deferat tam p̄cioſaꝫ ve
ſtem. cingulū aut coronaꝫ. q̄ pro ſtatu
ſufficeret cuiuſcū꜄ magne ꝓncipiſſe
aut regine. Nec hoc ꝙ q̄ntumlibet di-
ues mercator. tam ſplēdide in veſtib⁹
tā magnifice in ſumptib⁹ viuat ꝙ ſuffi
ceret regi vl' ꝓncipi bñ magno. Et hoc
modo multa ſunt q̄ ſub diſſimulatōe
tranſeunt. nec reputant̄ tā mala q̄ tñ ſi
recte penſarent̄. manifeſte viderentur
exceſſiua recto iudicio rōnis. Ex qb⁹
pꝫ. ꝙ q̄ntificatio precij iuſti penſanda
eſt in libra rōnis recte attendendo bo
na fide. id eſt fideli intentiōe ſuam in-
duſtriā circa rem. ſollicitudinē. neceſ-
ſitatem. ꝛ nobilitatē rei vēdibilis. ma
gnitudinem. multitudinem. labores
pericula ꝛ ſumptus.

## Capitulum. vj. de vſuris.

A D Evſuris modo ꝛ alijs cōtracti
bus tria ponent̄. Primo quot
modis vſurarij faciūt cōtra ſe-
ptimū preceptū. Secūdo quanta ma
la ludos comitentur. Tertio quō pec
B cant luſores. Circa pmū ꝑno-
tanda ſunt quattuor. Primo ꝙ vſura-
rij tenent̄ ad reſtitutionē vſure. ꝛ ad re
ſtitutionē damni ꝑ vſuras alicui illa-
ti. Omis em̄ vſura cōmittit̄ circa mu-
tuationē vel conceſſionē. Eſt aūt mu
tuatio actiua ſeu cōceſſio. datio gratu

ita rei quam vel equiualens tenet̄ red
dere recipiens iuxta pactū. Mutua-
tio vō paſſiua ē talis rei receptio. Di-
cit̄ aūt mutuatio q̄ſi meum tuū facio
Hoc tñ qd tibi mutuo modo ſimpli-
citer deſinit eſſe meū. ſ꜄ ſolū ad tēpus
debet eē tuū. Vñ veraciter dicere poſ-
ſum me tantū habere apd te. ꝛ ille nō
diceret̄ oīno paup cui debitores bñ ſo
luturi tenerent̄ multa. Dr aūt mutua
tio pecunie. vl' hmōi datio. q꜃ dñium
trāſfert. Vñ in ſcriptura vocat̄ mutu-
atio datio. Exo. xxij. Deut. xv. Luc.
. vj. Si inq̄t mutuū dederitis his a qb⁹
ſpatis recipe. q̄ gra ē vobis nā ꝛ pctōres
pctōrib⁹ fenerant̄ vt recipiāt eq̄lia. Et
ſtatim ſeq̄t̄. Mutuuꝫ date. nihil inde
ſpantes ꝛ erit merces vr̄a multa. ꝛ eri
tis filij altiſſimi. q꜃ ipe benignus ē ſu-
per ingratos ꝛ malos. Dicit̄ gratuita
datio. q꜃ ſicut pura ꝛ ſimplex donatio
fit grat' ſine limitatōe ſic iſta dꝫ gratiſ
fieri ſalua iſta limitatōe de reddendo
Vñ xps vbi. ſ. dicit. Nihil inde ſpan
tes. ſupple. vltra redditionē rei. Addi
tur quā vel equalēs tenet̄ reddere. q꜃
niſi h̄ eēt. pura ꝛ ſimplex foret dona-
tio. Dr vel equalens. q꜃ aliqñ res eadē
non pōt reddi q꜃ diſtrahit̄. vt pecunia
vel pdit̄ aut perit. vt equus aut dom⁹
Dicit̄ etiā iuxta pactū. q꜃ mutuo reci
piens non tenet̄ rem mutuatam ſim-
pliciter reddere. niſi ita ſit pacatum.
Pōt em̄ tale pactū fieri ꝙ reſtituat ſi
petitū fuerit. vel ſi aut duꝫ venerit ad
pinguiorē fortunā. ꝛ tūc ſi nō venerit
cōditio reddere nō tenet̄. Scdo no C
tādū ꝙ q̄uis mutuās poſſit iure rem
mutuatā vel valorem eius recipere et
repetere. nihil tñ pōt vltra h̄ ab hoīe
rōne rei mutuate vel mutuatiōis repe
tere. recipe vel ſperare. ſed bñ pōt reci
pere ꝙ a mutuū recipiente. nō ꝓ mu-
tuo. ſ꜄ ſponte. vel ex alia iuſta cā datur
aut pia. Primū patet. quia recipiens

mutuũ nullũ ius habz ad rem niſi ex
cõceſſiõe mutuãtis. Sz mutuans nõ
dedit aut mutuauit niſi ad certũ tem-
pus vltra qḋ inuito dño tenere nõ dz.
Scḋm pz. qꝛ qñ mihi mutuaſti pecu-
niã. vel hmõi. tunc res iſta interim eſt
mea facta. ꝛ eiꝰ vſus ē meũ opꝰ. Cuiꝰ
ſignũ eſt. qꝛ ſi apud me ꝑditur pecu-
nia vel res. mihi ē perdita non tibi. vt
oẽs volunt. Sz ꝯtra rõnem eſt. ꝙ ego
tibi debeam dare aliq̃d de vſu ꝛ labore
meo quẽ habeo de pecunia mea. licet
poſtea tenear tibi dare pecuniã tuam.
aut equiualẽs quã a te mutuaui. ꝛ qñ
hoc facio. tũc tuũ tibi reſtituit ꝛ ſatiſfe-
D ci. Sed diceret quis. cũ ille cui mu
tuo añ hoc mihi potuit dare vnũ flore
nũ volũtarie. cur ergo ꝓ mutuo nõ po
teſt dare vnũ florenũ? Rñ. iõ. qnia nõ
vendibile nullus põt vendere. ſꝫ quili
bet bñ põt dare ſuaz rem q̃ ſaltẽ liber
eſt. ſꝫ mutuatio cuz ſit actus volũtatis
elicitus vel imperatus. quo q̃s vult ꝙ
res ſua ſit alterius ad bñplacitũ eius
q̃ hz poteſtatez ſic diſponẽdi de re. vel
vtrũqꝫ ſcz actũ interiorẽ ꝛ exteriorem
comphendẽs ꝛ nullũ taliũ eſt vendibi
le. eo modo quo vſurarius cupit. Ex
quo etiã ptz. ꝙ vſura ꝯtra legẽ nature
eſt. Tertiũ pz. qꝛ non ē peioris cõditi-
onis. qui mutuum ꝑſtitit alicui poſt
mutuationẽ ꝙ̃ ante. ſꝫ potuit recipere
ſponte. vel ex alia pia aut iuſta cauſa
data ab eo q̃ haberet ptãtẽ dandi. g̃ et
poſtea hz. immo recõpenſationẽ eorũ
que pecunia nõ mẽſurant̃ licite põt ꝓ
mutuo q̃s exigere. ſꝫm mltos puta be
niuolentiaz ꝛ amorẽ eius cui mutua-
uit vl̃ aliq̃d hmõi. Sed diceret adhuc
vſurarius. Si nihil poſſum recipe ꝓ
bono qḋ tu habes ex pecunia. vel vſu
eius. tñ tu teneris mihi ꝓ damno qḋ
habeo. qꝛ interim ꝙ tu habes eaz. ego
non poſſum emere cenſum ꝓ ea. nec
poſſum vti ea. nec cũ ea lucrari. qḋ to-
tum poſſem habendo pecũniã ipſam.
Cur nõ ꝓ tali damno aliquid recipiã.
Rñ. Qñcũqꝫ eſt certũ damnũ qḋ mu
tuans ex mutuatiõe incurrit. tunc niſi
illi petẽti ſit tanta neceſſitas. ꝓ q̃ iſte
mutuans teneret̃ illud damnũ ſubire.
ipſe bñ põt ſibi denegare mutuatiõz.
ſi aũt iſte petens voluerit illḋ damnũ
in ſe recipe. ad vitandũ ſuuz grauius
damnũ. hoc mutuãs licite poteſt face
re ꝛ indẽnitati ſue ꝓuidere. nec recipit
hoc rõne mutuationis. ſed ad vitãdũ
damnũ. qḋ ſibi ex mutuatione immi-
net. Vbi vo nõ eſt aliqḋ certũ damnũ
ibi nihil certi põt recipi. Et multomi-
nus qñ eque veriſimile ē occaſiõe mu
tuatiõis bonũ venire ſicut maluz. vel
damnũ vitare ſicut incurrere. Suffi-
cit. n. ꝓ poſſibili damno poſſibile lu-
crum. Vñ ſic arguit̃ cõtra vſurariũ:
Si hoc ē damnũ tuũ. qḋ nõ potes lu
crari cũ pecunia tua. tunc hoc ē lucrũ
vl̃ bonũ tuũ. qḋ nõ potes ꝑdere pecu
niã tuã ex ſpolio. furto vl̃ alijs dol̃ vel
mercãdo dãnificari cũ ipſa. vtrũqꝫ. n
eſt eq̃ poſſibile ꝛ ꝯtingẽs. g̃ ſi teneor ti
bi ꝓ iſta. tu teneris mihi ꝓ iſto. ꝛ ſic fit
recõpẽſatio. Certõ nõndũ ꝙ habẽs E
ſubam huiꝰ mũdi ſic tenet̃ interdũ ſb
ꝑcepto. aliqñ ſb ꝯſilio dare aliq̃d ſim
plicit̃. vt elemoſynã indigẽti. vt. ſ. ha-
bitũ ē de elemoſyna. ꝑcepto. v. Itẽ. ſ.
ca. ij. pñtꝭ ꝑcepti. Sic etiã tenet̃ i caſu
rem ſuã dare ad tẽpꝰ qḋ ē mutuare ea
dem rõe. qꝛ. j. Ioh. iij. Qui habuerit
ſubam huiꝰ mũdi ꝛ viderit frẽm ſuum
nccitatẽ patiẽtẽ clauſeritqꝫ viſcera ſua
ab eo. quõ charitas dei manet in eo?
Sz certũ ē ꝙ ꝓximuz tenetur q̃s facere
liberé ꝛ g̃tuite. ꝛ nihil ꝓ eo ſperare pro
datic nē. vel recipe tanq̃ꝫ debitũ ciuile
ꝙ̃uis tal̃ elemoſynariꝰ poſſit licite itẽ
dere. ꝙ aliꝰ piꝰ ſit ad ipm orãdo ꝓ eo
Paup em̃ in veritate obligatur rõne
operis pietatis orare vel pius eſſe pro

beneſactore. ḡ ꝛ ſecūdū debet fieri ſic libere videlicet mutuū. vbi res dat̄ ad tēpus. Opa eñ pietatis debēt gratis fieri. Vñ Lu. vj. Eſtote miſericordes ſicut ꝛ pat̄ vr̄ miſericors ē. q̄ videlicet gratus ē. Et ibidē. Si bñfeceritis his q̄ vobis bñfaciunt que vobis eſt grã:

F Quarto notandū ſm Tho. ij. ij. q. .lxxviij. ꝙ q̄dam ſunt res quarū vſus nō eſt ꝯſumptio earū. vt vſus domus eſt inhabitatio ꝛ diſſipatio eius. vſus equi eſt ei⁹ eq̄tatio vel alter ei⁹ labor. ꝛ in talib⁹ pōt vſus cōcedi ſeruata ꝓprietate. Et ꝓ taliū rerū vſu pōt hō licite recipe p̄ciū. vt fit in earū locatiōe Alie ſunt res quaꝝ p̄ncipalis vſus eſt earū cōſumptio. vt ſunt pecunia. panis. triticū. ꝛ hmōi. Vſus eñ panis. eſt cōmeſtio. p̄ quā ꝯſumit̄. Sic etiaꝫ de vino ꝛ ſilibus. Sic vſus p̄ncipalis pecunie ē eius diſtractio ſm ꝙ in cōmutatione expēdit̄. Et in talib⁹ nō debet nec vſus p̄ncipalis ꝯcedi ſine dñio qꝛ i illis p̄ mutuū fit trāſlatio dñij. Si eñ mutuo tibi pecuniā. illa erit tua p̄ mutuū. Nā mutuū dr̄ q̄ſi ō meo tuū. Et ideo ſi mutuatū p̄dit̄ ipm p̄dit̄ illi qui mutuo recepit. licet teneat̄ reddē equiualēs. ſimilit̄ de pane. vino. ꝛ ſimilibus intelligēdū eſt.

G Ḣis ḡ prenotatis concludit̄. ꝙ q̄uis vſura in nullo caſu ſit licita. tñ in q̄buſdā caſibus pōt q̄s licite recipe vltra valoreꝫ rei mutuate. nō ꝓ mutuatiōe. ꝫ alia d̄ cauſa. Primū p̄ꝫ. quia videt̄ eē cōtra legē nature. vt iā patuit. ꝛ etiā eſt ꝯtra declarationē eccl'ie. ex̄ de vſu. li. v. fere p̄ totum. Et contra diuinā legē. Ps. Qui pecuniā ſuaꝫ nō dedit ad vſurā. Secundum patet. p̄mo caſu. ſi q̄s detinet iniuſte p̄ violētiam bona mea. ꝛ mutuo ſibi pecuniā. recipiēs eadē bona in pignus. ſi qui fructus veniunt de illa re impignerata. ego iure recipio. non ratione mutui ꝫ quia p̄tinebat ad me etiā ſine omi mutuatione. Secundus caſus. ſi ante tempora tibi mutuaui ꝛ hodie debes ſoluē ꝛ q̄a non ſoluis. ego ex legitima cauſa cogor tm̄ pecunie ſub vſura recipe. tunc illud qd̄ ꝓ vſura teneor ſoluere. tu debes dare. ꝛ ego iure recipio. nō ꝓ mutuatione. quia iā finē hꝫ. nec tu tenes rē illā ex mutuatiōe ꝫ detines violenter vl̄ me inuito. ꝛ qꝛ ex iſta iiuria tua habeo dāmum. tu teneris mihi illud refundere. Terti⁹ caſus ē. ſi ego fideiuſſi ꝓ te ei qui tibi mutuauit. ꝛ tu tpe ſolutionis non ſoluis. nec liberas me a fideiuſſione. mutuās q̄ꝫ recipit pecuniā ſibi debitā ſub vſura vt p̄us. ꝛ ꝓpt̄ ꝓmiſſionē meaꝫ obtinet iure a me illud qd̄ dedit ꝓ vſura. tu teneris m̄ illud reddere. nec ego recipio vſuram a te. nec tu das illud reſiduū rōne mutui ꝫ ꝓpter dānū qd̄ ego ex negligētia tua incurri. Quartus caſus ponit̄. H ex̄ de vſuris. ſalubriter. Si ſocer q̄ differt dare genero dotē. obliget ſibi i rē cuius vſus nō eſt eius cōſumptio pignus ꝓ dote quaꝫ mox dare deberet. tunc gener nō tenet̄ fructus q̄s de bo̓nis impigneratis p̄cipit cōputare in ſortē. H̄ itellige cū marit⁹ ſuſtinet onera m̄rimonij. alias nō. Et dr̄ notant̄ in re cui⁹ vſus ꝛc̄. qꝛ ſm multos nō pōt de decē florenis vnū recipe. qꝛ ꝯtra naturā pecunie ē ꝙ generet. ſm p̄hm. ꝫ tñ hoc nō pōt eē ꝓpter hoc ꝙ gener expectat. ꝛ dat inducias ſocero nūerādi vel ſoluēdi dotē. qꝛ hoc eēt ꝓ mutuo recipe. ꝫ hoc videt̄ eē licitū. qꝛ ius p̄ſumit ꝙ qñ q̄s dat alteri filiā ſuā nō velit eos deficere vel perire. imo ſubleuare in oneribus m̄rimonij. Vnde p̄ſumit̄ ex charite facere quicq̄d facit. Vel quia papa qui habet ꝓuidere ſaluti hoim ordinauit hoc in penā differētium dotē. vl̄ in fauorē m̄rimonij. ꝛ qꝛ h̄ mōs acceptauit q̄libet tale pign⁹

obligās videt̄ renūciare q̄ dāmodo iu
ri ſuo. Quintus caſus ẜ dubi⁹ apud
q̄ſdā eſt. ⁊ tāgit̄. ex̄. li. iij. ō feu. ca. inſi-
nuatione. qū vaſallus bona feudalia
impignerat dn̄o feudi. qꝛ tūc ẜm legi-
ſtas ⁊ canoniſtas dn̄s nō tenet̄ cōpu-
tare in ſorte ꝑcepta de bonis ꝓdictis.
etiā ſi ꝑcipiat aliq̄d vltra labores ⁊ im
pēſas. maxīe qū interim nō exigit ſer-
uitiū. Tn̄ in h̄ caſu ſecurior eſt opinio
Innoc. dicētis. ꝙ ibi oportet fruct⁹
I cōputari in ſortē. Patet ex p̄miſſis
ꝙ multis modis vſurarie peccat quis
contra ſeptimū p̄ceptū. Primo q̄ ali
cui pecuniā mutuat ⁊ ꝓ ſolo tali mu
tuo exigit lucrū tꝑale in pecunia aut
in alia re cuius valor poteſt pecunia
mēſurari. Dico notāter pro ſolo mu-
tuo. qꝛ ẜm Tho. q̄ mutuū dat. pōt abſ
qꝫ pctō in pactū reducere cū eo q̄ mu
tuū accipit recōpēſationē dāni. vt pa-
tuit in ſcdo notabili. ⁊ in q̄rto ꝑ caſus
Dico etiā. q̄ exigit lucrū. qꝛ ẜm eun-
dem Tho. ſi mutuās accipit aliq̄d ab
eo cui mutuat. nō q̄ſi exigens. nec q̄ſi
ꝓ aliq̄ obligatione tacita vel exp̄ſſa. ẜ
ſicut gratuitū donū nō peccat vt ſ. pa
tuit. Scdo cōtra hoc mādatū peccat
ꝑ vſurā qui ꝓ quacūqꝫ re q̄ vſu cōſu-
mitur mutuata accipit ex pacto vltra
ſortē pecuniā aut aliā rem. cui⁹ valor
pōt pecunia mēſurari. qꝛ cū talē rem
mutuat alteri. tūc amplius nō eſt ſua
ſed iſtius qui eam mutuo accipit. ſi ẜ
exigit ꝓ ea lucrū. tūc exigit lucrū ꝓ re
non ſua. Ex q̄ patꝫ ꝙ vſurā cōmittit q̄
ꝓ mutuo exigit munus ab obſequio
vel a lingua. qꝛ vtriuſqꝫ valor pecunia
mēſurari pōt. vt patꝫ in laborātib⁹. ad-
uocatis. ⁊ ſimilib⁹. Tertio peccat cō-
tra hoc p̄ceptū ꝑ vſurā qui mutuat de
cem ⁊ octo libras pro vna. vel cētum
etiam ꝓ vna. cum pacto de illa ſoluē-
da. imo ſola ſpes de lucro ratiōe mu-
tui facit vſurariū. ẜm illud Luc. Mu

tuū date nihil inde ſperantes. Ex hoc
patet ꝙ talis ſperans lucrū ꝓ mutuo
fit vſurari⁹ mentalis. verū eſt. qū ſpes
lucri ē cauſa mutuādi. ita ꝙ alias nō
eſſet mutuatur⁹ niſi de lucro recipien
do ſperaret. aut aliq̄ alio emolimēto.
vt de ꝓpina vel ſimili lucro. Si quis
ꝟo p̄ncipalit̄ moueret̄ ex charitate ad
mutuū. ⁊ cum hoc ſperaret de retribu-
tione alicui⁹ lucri. illud nō eēt vſura.
nec vitioſuꝫ. vt dic̄ Alb. ſup illo Luc.
. vj. Mutuū date nihil inde ſperātes.
Obligat̄ enī ex beneficio q̄ mutuum
recepit. ẜm illud Luc. ibideꝫ. Prout
vultis vt faciāt vobis hoīes ⁊ vos fa-
cite illis ſimilit̄. Et dixi. notant̄. ſi q̄s
mutuaret decēocto libras ꝓ vna. qꝛ ſi
nō mutuaret realiter. ẜ emeret vnā li-
bram ꝓ decēocto ſup aliq̄ re imobili
annui cenſus ⁊ decēocto libre eēnt iu
ſtum p̄ciū ꝓ vna ꝑpetui cēſus vel ad
reemendū. tūc cōtractus nō eēt vſura
rius. Quarto vſurā cōmittit q̄ mu K
tuat alteri ſub tali pacto vt etiam ſibi
poſtea remutuet. qꝛ vult aliū obligare
ad pecuniā eſtimabilē: licet enī licitū
ſit ⁊ dignū. ꝙ mutuāti vnum mutuet̄
aliud. nō tn̄ eſt licitū aliū ꝓpt̄ mutuū
obligari ad remutuādum. Quinto L
vſurā cōmittit qui habēs molendinū
mutuat piſtorib⁹. aut alijs illo pacto
ꝙ molāt ſolū in ſuo molēdino. Acci-
pit enī vltra ſortē i tali mutuo. ſcꝫ iſtā
cōmoditateꝫ q̄ eſt pecunia eſtimabil̄.
⁊ aufert eis libertatē alibi molendi. ⁊
tenet̄ eis ad ſatiſfactionē. Sexto com
mittunt vſurā q̄ mutuauerūt res ſuas
ad certū terminū q̄ veniēte nolunt da
re ꝓlongationē niſi data pecunia ꝓpt̄
mutuū vel alio equalēti. Sūt enī vſu-
rarij etiā ſi exp̄ſſe nihil petāt. Septi M
mo vſurā cōmittūt q̄ rē cari⁹ vendūt
q̄ʒ ſit iuſtū p̄ciū ipſi⁹. ꝓpt̄ h̄ vt empto-
ri ō pecunia ſoluēda expectēt vſqꝫ ad
certū terminū. vel quia rem vili⁹ emis

ꝗ ſit eius iuſtū ꝑciū. ꝓpter hoc quia
pecuniam ſoluit ꝑus anteꝗ̄ ſibi res
poſſet tradi. aut etiā q̄ tpe collectiōis
bladi vini ꝛ cōſimiliū cū min⁹ ſoluere
ſolēt vendi talia ꝓ ꝑcio quod valitura
ſunt circa paſca. aut alio tpe. in q̄ plus
ſoluere cōſueuerūt. ꝛ ſic ſingulis mo
dis palliāt vſure ꝯtra ſeptimū prece/
ptum ſit. Et tenenꝭ in oībus talib⁹ qs
ad reſtitutionē damni ꝓxio ſic ſibi in-
N iuſte illati. Octauo qui mutuāt ad
vſurā noīe alieno. ꝛ h maxime ēuenit
de tutore ꝓcuratore ꝛ ſilib⁹. q̄ i hoc nō
preſtant nudū miſteriū. ſꝫ etiā autori/
tatē. ꝛ ſic vſuras acceptas noīe alieno
tenenꝭ hmōi reſtituere. ſi iſte cui⁹ nomi
ne accepit nō ē in ſoluēdo. aut ſi non
vult reſtituere. Idez intelligo ꝑ oīa de
vitricis eccl'ie. ꝛ de his q̄bus ꝯmēda/
ta ſunt hoſpitalia aut alia loca religio
ſa ꝛ pia. Nec excuſat eos ꝙ hmōi lu-
cra cōuertanꝭ in pios vſus qꝛ ē regula
iuris. Nō ſunt faciēda mala vt eueni-
ant bona. Et qꝛ ſm ſe vſura eſt mala.
nunꝗ̄ pōt fieri bn̄. ſicut alia ſimilia. vt
D dicit Aug. li. ꝯ mēdaciū. Nono pec
cant oēs iſti ciues cōtra hoc ꝑceptum
quoꝝ autoritate. ꝯſilio. vel cōſenſu a/
licui⁹ cōitatis mutuāt ad vſuram. Et
oēs q̄ autoritatē ꝑſtant. aut ꝑceptum
ad h dāt. aut ꝯſiliū. ſine q̄ ciues hmōi
vſurā nō cōmiſiſſent. tenenꝭ ad reſtitu/
tionē in ſolidū. Ceteri v̄o vt cōſentien
tes ꝓpter emolimētū qd̄ eis ex hoc ac-
creſcit. tenenꝭ ad reſtitutionē ei⁹ ꝑtis q̄
ad eos ꝑuenit. aut q̄ntū releuati ſūt in
expēſis q̄s al's feciſſent de ſuo aut q̄s
eos ſoluere oportuiſſꝫ. Notat aūt do/
minus Alb. ſuꝑ illo Luc. vj. Mutuū
date nihil inde ſꝑantes. Cōtra mutuū
inq̄t multis modis peccaꝭ. Pꝛio indi
gēti n̄ dādo. Vn̄ Ecci. xxix. Fenerare
ꝓxio tuo i tpe neccītat' illi⁹. Scd̄o da
tū nimis iportune repetēdo. q̄ñ hō nō
pōt ſoluere. Contra quod Eſaie. lviij.

Om̄es debitores repetitis. Vbi glo.
Qui repetit nō habentē deo facit vio
lentiā. Tertio pignera neccāria vl' deti-
nēdo. vel deſtruendo. De q̄bus Job
xxiiij. Abſtulerūt ꝓ pignore bouē vi-
due. Et Exo. xxij. Pꝛoxio tuo pign⁹
aut veſtimētū ei⁹ an̄ ſolis occaſuꝫ red
des. Quarto cū vſura exigēdo vt h. Et
Ezech. viij. Ad vſuraꝫ nō cōmodaue/
rit. qd̄ videlꝫ ad virtuꝫ iuſtū neceſſario
pertinet. Exo. xxij. Si pecuniā dede/
ris mutuo non vrgebis eū. necvſuris
opprimes. Quinto ꝓ dilatiōe termi/
ni ſolutionis munera accipiendo. de
quo pſ. Qui pecuniā ſuam nō dedit P
ad vſuram. Circa ſcdm̄ ad ſecundū ꝑnci/
pale queritur. Vtruꝫ ea licite poſſint
recipi et retineri q̄ acquirunꝭ ꝑ ludos
alee. ſchacoruꝫ. vel alios. ꝛ alios. ꝛ ex
pactis mutuis hoim. de curſib⁹ equo
rum. galloꝝ. ꝛ alioꝝ aīaliū moꝛſibus.
bellis vl' duellis etiā hoim. vl' de dura
tione pluuie vel ſiccitatis. vel quocū/
ꝗ̄ alio incerto futuro. vno vnā partez
cōtradictiōis. alio aliā eligente. Et po
naꝭ caſus. Exēpli grā. Sint Petr⁹ et
Paulus ambo ſui iuris ſigno. verbo
vel facto tale pactū faciant mutuo. ꝙ
Petrus debeat dare florenuꝫ in caſu
quo craſtina die non ceciderit pluuia
vel ſi in taſſere venerint tres oculi. Et
ecōtra Paulus Petro in caſu q̄ ceci
derit pluuia vel q̄ttuor oculi venerint
in taſſere. Ponaꝭ etiā vlterius ꝙ veni-
at illud qd̄ Petrus elegit. tūc q̄ritur
vtrū iſti peccēt ſic paciſcendo. hoc eſt
ꝙ vnus eoꝝ obligat ſe ſic alteri ponē/
do rem ſuā in tale dubiū ꝛ fortunā. et
ꝙ recipit reobligationē ab alio. ꝛ vtꝝ
impleta ꝯditiōe quaꝫ Petrus elegit.
Paulus poſſꝫ licite retinere rem ſuā
vl' an teneaꝭ eā dare Petro. ꝛ an Pe/
trus poſſit eā licite iure recipe ꝛ retine
re tanꝗ̄ ſuam. In iſtis. n. cōſiſtit tota
vis ludi. Pꝛo quoꝝ intellectu notan

dum. ꝙ nõ oportet dubitare an licitũ
ſit ludicra vl' ioco ſa exercere pro recre
atione. ⁊ q̃ſi ꝑ quadaʒ ꝗete v̾tutis aīa-
lis. cuʒ tam theologi q̃ʒ phi circa hoc
ponãt v̾tutẽ eutrapolie vel iocũditat̃
ʒ q̃ talia q̃ ꝑ alleuiatiõe mẽtis inuẽ-
ta ſunt fiũt ꝑ acq̃ſitiõe pecunie ⁊ pecu-
nia eſtimabiliũ. idcirco dubiũ motuʒ
eſt. Rñ. ergo ad dubiũ ſeptẽ ſunt tenẽ
da. Primũ ẽ. ꝙ hõ hñs dñium rei põt
licite ſe obligare ad dandũ eã ſub tali
conditiõe fortuita. niſi forte q̃s habe-
ret dñium quo ad hoc reſtrictũ. vel ni
ſi cõditio vel obligatio vel ambo ſimt̃
aliq̃d mali implicarẽt. Patʒ. q̃ talis
põt ſimpl̃r ⁊ libere dare ſic̃ ⁊ quõ vult
⁊ ſtatim. ergo põt etiam dare impleta
cõditiõe. que nihil male includit. Nõ
aũt põt q̃s licite facere ad hoc facien-
dũ põt ſe pacto vl' ꝑmiſſo reſtringere
Sed hic aduertẽdũ eſt ꝙ talis obliga
tio põt etiã male fieri. vtpote qñ quis
ſm rectã rõnem deberet ꝑ ſe aut ſuis
ſeruare. ſiue qñ obligaret ſe ibi vbi ſci-
ret venire in malũ. Scõm ẽ ꝙ hoiem
obligare ſe ſic vt predictuʒ eſt in p̃lo
preciſe ⁊ p̃ncipaliter ꝑ ſimili re obliga
tione. iniquũ ⁊ iniuſtũ eſt. ſil̃r ⁊ talem
exigere obligationẽ ꝑ obligatiõe ſua.
Probat̃ q̃ ibi in cõtractu non ſeruat̃
equalitas eo ꝙ obligatio Pauli ẽ Pe
tro lucroſa. ʒ obligatio Petri ẽ Pau
lo nihil. Et hoc eſt qᵭ Petrus deſide
rat ⁊ intẽdit. Paulus v̾o cõtrariũ. licʒ
nõ ꝯſequat̃ intentũ. ergo nullus eoꝝ
intẽdit equitatẽ. que tñ neceſſario in
omi ꝯtractu nõ gratuito requirit̃. Itẽ
probat̃ ex alio. Quilibet ludẽs talis
habet inordinatũ deſideriũ ad tpalia
⁊ nõ ſubiectum deo ſicut dʒ. q̃ ludẽs
de quo agit̃ deſiderat venire illud qᵭ
ipſe eligit. intãtũ ꝙ ſi oĩno nõ venerit
triſtat̃. maledicit aliqñ. ⁊ blaſphemat.
que ſunt manifeſta ſigna magni deſi-
derij ⁊ nimis inordinati. Manifeſtuʒ
aũt eſt ꝙ caſus oculoꝝ in taſſere. vel
pluuia. vel ſimilia ſunt actus natura-
les a deo. reſpectu cuius nulla eſt for-
tuna directe. licet volũtas mala vt ſic
nõ ſit a deo. Ecce quomõ luſor dolet
de illo qᵭ deus facit. In hoc aũt ma-
gis p̃iculoſe ſtant q̃ talia eligũt. que ſi
venirẽt eẽnt cõitati damnoſa. vt ꝙ nõ
veniat pluuia. vel ꝙ nix vel gelu diu
duret. ⁊ q̃ prebẽt ſibiipſis occaſioneʒ
deſiderãdi id qᵭ deo nõ placet. vel cõ
munitati nocet. Itẽ pꝫ aliter. Naʒ Q.
duo q̃ ſimul ludũt volũt habere deuʒ
ad impoſſibilia. Quilibet eñ vult ꝙ
ipſe finaliter lucret̃. hoc aũt in eodem
ludo impoſſibile ẽ fieri. Ideo q̃ʒ luſor
poſuit ſe ad hoc ꝙ impoſſibile ẽ deuʒ
vtriq̃ʒ placere. ⁊ ſic agere ꝙ vterq̃ʒ ſtet
eo bñ cõtentus. Ad cuius ꝯtrariũ de-
berẽt oĩno conari. q̃ aliter nõ pñt eſſe
deo placẽtes ⁊ grati dicẽte Aug⁹. Ne
mo placet deo niſi placeat ſibi deus.
Ecce quantũ malũ vult vnus luſoꝝ
alteri. dũ quilibet vult ꝙ de⁹ alteri nõ
cõplaceat. Quis oſtẽdãt ſe q̃nq̃ʒ tales
quaſi ſint ſocij ⁊ amici. Item ex alio.
Tales ludẽtes abutũt̃ donis dei. de⁹
eñ dedit nobis tpalia. nõ ad aliud cõ
uertẽda. niſi ad laudẽ ſuã. vtilitatẽ no
ſtram aut ꝓximi. nũc aũt ludẽs auer
tit ſe vt cõiter ꝑ ludũ a laude dei ⁊ ei⁹
memoria ⁊ neceſſario vl' habʒ damnũ
vel damnificat proximũ. ⁊ hoc vltimũ
p̃ncipaliter intẽdit. ergo ſic ludere eſt
abuti donis dei. Tertium eſt q̃le pctm̃
ſit ludus p̃dictus. Rñ. ꝙ ludere p̃nci
paliter intẽtiõe lucri vt talis ⁊ acquiſi-
ta retinere ſola vel p̃ncipal̃r hac occa-
ſione ẽ ex genere pctm̃ mortale. quia
eſt ꝯtra charitatẽ ꝓximi. immo ⁊ dei.
vt hʒ ex p̃cedẽti dicto. Põt tñ aliquis
ſic ludendo peccare venialiter. ſicut ſi
luderet puer ex toto deſiderio lucran-
di ꝑ globulo vel lapillo. aut alia tam
parua re ꝙ proximo non noceret.

Quartū eſt q Paulus in caſu pͥncipali nō pōt iuſte retinere rem de qua pactum fecit. Probat. Paulus pdidit ius ſuū qd habuit ad illam rem. ⁊ nō acqſiuit aliqd noui iuris ad eā. igitur nō debet ſibi. ⁊ p ɔñs non pōt retinere eam ſibi. Primū videlꝫ q pdidit ius ſuū pꝫ. qꝛ Paulus potuit iuri ſuo renūciare ⁊ renūciauit. ergo pdidit. Aliōs pro pͥma pte pꝫ ex caſu. Pro ſcda pte probat. Paulus ex quo ɔſenſit in ludum. conſenſit expreſſe vel tacite. q ſi ſic euenerit ſicut Petrus elegit. q res nō eſſet ſua. ergo renunciauit rei illi ſi ſic eueniret. ſꝫ ſic venit. igit ⁊c. Scdm videlicet q nō acqſiuit nouū ius patet. qꝛ perdēdo illud nihil iuris acqſiuit. ⁊ nihil aliud interuenit iuxta caſum. qꝛ p illū oia alia excludunt. Quintuꝫ eſt q Petrus nō iuſte occaſione ludi recipit rem iſtā ad ſibi retinēdā. Probat. Petrus nullū ius habet ad rem in hoc caſu. ⁊ non datur ſibi gratuite vt caſus innuit. ergo primū videlicet q nullū ius habeat ad rem patꝫ. quia nemo ex iniuſto fundamento ſuo poteſt in aliqua re ius acquirere. eo q ſicut nemo colligit de ſpinis vuas. nec de tribulis ficus Matth. vij. Sic nec ex iniuſto pōt venire ius. nihil eñ dat qd nō habet. ſꝫ Petrus ad acqrendū rem Pauli habet iniuſtū fundamentū. eo q facit iniuſtam obligationē. et damnificat pͥmū. ⁊ abutit donis dei

A vt in ſcda pbatiōe patuit. ¶ Sextum eſt q res p caſum lucrata ad cuiuſcunq manus deueniat occaſione ludi ſcientis q res talis ſit. ē ad pios vſus cōuertēda. vel autoritate ſupioris q ſibi talē diſpenſationem reſeruauit. vel ſi nullus ſuperioꝛ ſibi talia reſeruaſſet. ipe p ſe dꝫ facere vl diſponere q p aliū fiat. Patꝫ qꝛ oia tempalia ſunt ordinata a deo. ⁊ ordinanda ab hominibus. vel immediate ad laudem dei. vel ad vtilitatē hominū. in qua tamē etiam laus dei intendēda eſt. ſi ergo ordinatur iſta res immediate ad laudeꝫ dei. manifeſtū ē q in pios vſus cōuertitur cū pietas ſit cultus dei ſm Aug⁹. Si aūt ad vtilitatē hoim rōnabiliter ordinat. cū nulli debeat de iure. planū eſt q cui dat. datur ex miſcdia ⁊ pietate. ⁊ ſic iteꝝ in pios vſus cōuertit. Sꝫ quereret aliqs. Ex quo res iſta dꝫ in pios vſus cōuerti. vtrū hoc ſpectet ad Petrum vel Paulū. vel aliquē aliū. Rñ. q vterq eorū dꝫ ad hoc conari. qꝛ qlibet eoꝝ eſt cauſa q res ſic conuertenda ē. ⁊ ppterea etiā vterq eoꝝ debet facere diligentiā ⁊ impedire ne aliter cōuertat. Vñ ſi Paulus timet q Petrus nō ſic cōuertat. debet qntū de iure pōt puidere q nō veniat ad manus eius. notificādo videlꝫ ſupioꝛi ad queꝫ pertinet diſpoſitio. vl ponēdo ad manus cōes. vel pcurando arreſtationē. vel aliquo alio mō iuſto aut benigno. Silr dꝫ facere Petrus ne res veniat in manus Pauli ſi cōformiter timet de ipſo. Si vo nullus talis iuridicus modus locuꝫ haberet. qꝛ tñ Paulus pactū fecit ſe daturum Petro ſi plueret hodie. tūc ex quo pluit videt ſecurius q det vel dimittat Petro poſſeſſionem rei q q ſibi reſeruet pacta eñ ſeruanda ſunt quātū pñt ſine pctō. maxime qñ dubiū eſt quō Petrus rem cōuertat. qꝛ tūc pſumendū eſt de bono. vel qñ nō pōt iuridico vl benigno modo indebitam conuerſionē quā perdidit impedire. nō .n. videt q Paulus ad impediendā illam conuerſionē rei indebitam. etiā ſi veriſimiliter timeat de ea debeat ſe periculo exponere vel pugnare. aut ſe ponere ad ſcandalum vulgare. vt notet de nō obſeruatione pacti. mendacio. vel falſitate. niſi ſi ⁊ quantuꝫ aliquid iſtoꝝ de iure debitū eſt vel ſm iuſticiam expedit. ¶ Septi- S

nnū eſt ꝙ occaſiōe ludi nihil oīno pōt
de aliena re accipi vł teneri d iure niſi
quātū ꝓſumit devolūtaria pdētis da-
tione. etiā ſi nō pderet. Sic em̄ fit int
amicos ꝙ aliqñ ſine ludo plus dāt ꝙ̄
p ludū amittāt. Et iō q̄ ludūt i ſolatio
ꝓ eſibilib⁹ vł potabilib⁹. vł alijs reb⁹
tāto ſecuri⁹ ſumūt acq̄ſita. q̄nto veri⁹
preſumūt pdētes volūtarios ad dādū
ex amicitia etiā ſine ludo. igit̄ ſe non
lucrū ꝫ ſolatiū de victoria itēdere. De
tāto v̓o inſecuriores de q̄nto illos in-
uite dare intelligūt vł ſe lucrū vt lucrū
intēdiſſe. ¶ Sꝫ q̄reres. pñt ne i aliquo
caſu pdentes in ludo de iure pdita re
petere: Rñ. ꝙ ſic. Nā qñ furioſi mino
rennes. maxime pupilli. mente capti.
ſurdi. ceci. muti. ⁊ morbo perpetuo la
borātes. ſerui. religioſi. filijfamilias.
qui nihil hñt niſi a patre. vxores q̄ nō
hñt parafernalia pdūt aliq̄d ludo. hec
iure pñt repeti ⁊ debēt reſtitui. vł illis
vel coꝝ tutorib⁹. curatorib⁹. dñis. mo
naſterijs. patribus aut maritis. Item
dꝫ fieri ſi adminiſtrator reꝝ eccleſiaſti
carū de rebus eccłie aliq̄d ludo perdi
diſſet. ſiłr repetere poſſet ⁊ reddi debe
ret. Si aliq̄s inuite ludēdo ⁊ ad ludū
coactus aliq̄d pdidiſſet cōformit̄ cre-
derem repeti poſſe ⁊ reddi debere. Si
quis ſolū cōſenſiſſet in ſimplicē ⁊ pla
nū ludū ⁊ alius p falſitatē quā iſte nō
agnoſceret lucraret̄. ludēs em̄ talit̄ nō
iuſte pdit rem ſuā. niſi p ꝯſenſum in il
lud mediāte q̄ pdit. vt patuit. ille autē
de q̄ hic dicit̄ non ꝯſenſit in fallaciā p
quā lucrās obtinet qď itēdit. ¶ Ntū
ad ſcďm ꝑncipale notādū. ꝙ ad dete-
ſtationē ludi tria faciūt. Primo mul
titudo pctōꝝ. q̄ in ludo accidere pñt.
Primū cupiditas. q̄ ſm ap̄lm. j. Ti-
moth. vj. eſt radix oīm maloꝝ. Nec
eſt ibi q̄cūqꝫ cupiditas ꝫ rapina. vult
em̄ ꝓximū ſpoliare reb⁹ ſuis. Secun
dū eſt ꝓditio. Vult em̄ ſpoliare illū
cum quo comedit ⁊ bibit. ¶ Tertiū ē im
miſericordia. Vellet em̄ cū ſpoliare ſi
poſſet etiā camiſia. Quartū ē. q̄ꝛ vſu-
rariū excedit in malo. q̄ infra menſem
de. x. flor̄. vnū lucrat̄. ꝫ iſte ſtatim lu
crat̄ eadē die. Quintū ē afflictio p̄ris
dei. quē iurādo ⁊ imprecādo dehone-
ſtat. Sextū eſt mādatum eccłie. quod
quodāmō ꝯtēnit. De his duob⁹ Pro
uerbioꝝ. xix. Qui affligit p̄rē ⁊ fugit
matrē. ignominoſus erit ⁊ infelix. Se
ptimū ē ſcādalū ꝓximi. corrūpūt̄ em̄
multi q̄ ad ludū vidēdū ꝯueniūt. Octa
uum ē omiſſio multoꝝ bonoꝝ q̄ debe
ret q̄s facere tempe q̄ ludit. Nonū eſt
pctm̄ piurij. Decimū fraus quā ꝯmit
tit i alteꝝ. Vndecimū ira ⁊ ꝯuitiatio
pctōꝝ. Duodecimū ē fractio ſolēnita
tū in q̄bus plus ꝯueniūt. Decimūter
tiū interdū homicidiū etiā p modico
verbo. Decimūquartū ē idolatria. q̄ꝛ
ſup illō Phil. iij. Quoꝝ de⁹ vēter eſt
dic̄ glo. Hoc ab hoīe colit̄ qď p̄ ceterꝭ
ab eo diligit̄. Scďo faciūt ad deteſta-
tionē ludi ꝙ in eo q̄ſi oīa p̄cepta deca
logi trāſgrediunt̄. Primo illud. Nō ha
bebis deos alienos. vt iā tactū ē. Se-
cundū nomē dei inuanū faciliter aſſu
mit. Tertiū ſabbatū ſepe violat. Quar
tum ⁊ alia facilit̄ patent p̄ter. Nō me-
chaberis. qď ad min⁹ ſpūaliter trāſgre
dit̄. q̄ꝛ adherens alicui alij a deo ꝯtra
deū fornicationē cōmittit. amorē aīe
cū creata re cōiūgēdo inordiate. imo
ſepe tales ſocij ſunt fornicatoꝝ ad lit
terā. ¶ Tertio facit ad deteſtationē ludi
multiplex ibi cōmiſſa ſtulticia. q̄ꝛ pri-
mo viliſſime ſtulti ſe luſor ſubijcit ta
xillis videlꝫ oſſib⁹ forte canis. Scďo
largit̄ ad p̄ceptū taxilloꝝ. qď nō daret
ad dei p̄ceptū. ¶ Tertio q̄ꝛ conſentit ꝙ
viliſſimi ſibi nobiliſſimū recipiāt. vi-
delicꝫ tempus. ¶ Quarto oībus nocet
q̄ꝛ facit qď ſibi eſt damnoſū. ꝓximo
ſcādaloſū. ⁊ deo cōtumelioſū. Quīꝫ

to q2 velut inſanus ꝓprijs manib⁹ ſe ibi quis interimit.

Capitulum. vij.

Quia vero detinere alienũ eſt contra ſeptimũ p̄ceptũ. Jdeo nũc de reſtitutiõe tria ſunt p̄ncipaliter dicẽda. Primo quõ ſint reſtituẽda bona materialia rerũ ꝛ corporũ. Scdo quõ bonũ fame ſit reſtituendũ. Tertio quõ bona aĩe ſint reſtituẽda.

A Circa primũ notãdũ ꝙ reſtitutio ope vl' voluntate ẽ quoddam p̄ambulũ neceſſariũ ad cõtritionẽ. Et qui aliũ iniuſte dãnificauit. aut aliena detinet. tãdiu eſt peccator mortalis q̃diu nõ vult reſtituere ꝓ poſſe dicẽte btõ Aug. in ep'la ad Macedoniũ. Qdiu res ꝓpter quã pctm̃ ẽ non reddit̃. ſi reddi põt penitẽtia nõ agit̃ ȝ fingit̃. ſi aũt veraciter agit̃. nõ dimittitur pctm̃ niſi reſtituat̃ ablatũ. Ex q̃ pȝ ꝙ q̃diu hõ nõ reſtituit ꝓ poſſe ſi interim ſacramentũ aliquod ſumit. nouo peccato peccat. q2 indigne ſacrm̃ ſumit. ꝛ ſi manẽs in tali peccato implet penitentiã ſibi a ſacerdote ꝓ pctis ſic confeſſis iniũctam nihil p'ẽ ſatiſfacit deo ſm multos. Scdo notandũ ꝙ detinere alienũ inuito dño. eſt ideo peccatũ mortale. q2 cõtra ſeptimũ p̄ceptũ ſcȝ. Non furtũ facies. Certũ eſt em̃ ꝙ auferre alienũ ẽ ꝯtra idẽ p̄ceptũ ꝛ eadẽ rõne retinere alienũ. q2 dãnificat̃ in vtroq3 dñs rei ꝛ ab vſu ſue rei iniuſtus p̄pedit̃. Eſt etiã ꝯtra iuſticie v̓tutẽ q̃ reddit vnicuiq3 qd ſuũ eſt. Eſt etiaȝ cõtra fraternã charitatẽ. q̃ vult alteri bonũ ꝛ retinẽs alienũ vult alteri malũ. vñ eadẽ rõne q̃ detinens vxorẽ alteri⁹ nõ eſt capax pnie. ſic etiã q̃ bona aliena inuito dño. Tertio nõndũ ꝙ de reſtitutione ſunt multa dubia doctrina ſta q̃ determinat ſctũs Tho. ꝛ Sco. in .iiij. diſ. xv. Primũ dubiũ eſt. q̃s teneat̃ reſtituere.

B Rñ. ꝙ p̄mo ꝛ p̄ncipaliter ille q̃ rem abſtulit. aut dãnũ iniuſte intulit ꝛ hoc eſt certũ. Et p̄ter illũ ſunt multi alij q̃ ad reſtitutionẽ obligãtur q̃ cõprobẽdunt̃ in his v̓ſib⁹. Juſſio conſiliũ. ꝯſenſus palpo. recurſus. Participãs mutus. nõ obſtãs. nõ manifeſtãs. Et Tho. exponẽdo hos verſus. vbi p̄us. ꝛ. ij. ij. q. lxij. dic̃. ꝙ int̃ illa q̃ in his v̓ſib⁹ enũerata ſũt. quinq3 obligãt ſemꝑ ad reſtitutionẽ. Primũ eſt iuſſio. vt cũ q̃s iubet aliquẽ dep̄dari aut alias iniuſte dãnificare. ſi ex ei⁹ iuſſiõe fit. tenet̃ ad reſtitutionẽ totius. Secundũ eſt. cõſenſus in rapinã. aut in aliã iniuſtã dãnificationẽ. ꝛ hoc in eo ſine cui⁹ conſenſu talis rapina. aut alia dãnificatio fieri ñ poterat. Tertiũ eſt recurſus. ſcȝ qñ q̃s ẽ receptor latronũ. ꝛ p̄ſtans patrociniũ. nam qui receptat latrones ꝛ tuet̃ eos. aut rẽ raptã vel furatã doloſe zelat. ita ꝙ ꝑ hoc impedit̃ reſtitutio rei. ille tenet̃ in ſolidũ cũ his q̃ abſtulerũt. Quartũ. participans. vt cũ q̃s particeps ẽ in crimine furti. p̄de vl' ſimiliũ. vt q2 latroni ſe ſociauit ad ſpoliandũ ꝛ partẽ accepit. Et ille qui participat in crimĩe tenet̃ in ſolidũ d̓ toto. ȝ ille q̃ participat nõ in crimĩe. ȝ ſolũ in re accepta. ille ſolũ tenet̃ reſtituẽ qd d̓ re ſciẽter emit vl' accepit. Quintũ nõ obſtãs. cũ ſcȝ hmõi ſpolijs latrocinijs. ꝛ ceter̄ mal'. ex officio obſtare tenet̃. vt p̄nceps terre. q̃ iuſticiã ꝯſeruare tenet̃. ſi nõ obſtat cũ obſtare poſſit ꝛ ſic ꝑ ei⁹ defectũ inualeſcunt latrões ꝛ ceteri malefactores ad reſtitutionẽ tenet̃. Sil'r intelligat̃ de nõ manifeſtãte. ꝛ cui ꝯuenit ex officio manifeſtare. Aut ſm Sco. q̃ in iudicio req̄ſitus tacet vbi res finalit̃ poſſet reſtitui ei cui⁹ eſt. ꝛ dicẽdo v̓itatẽ vbi non immineret ſibi periculũ ſtatus aut ꝑſone. Cõſimilit̃ p̄dictis intelligẽdũ eſt de nõ rep̄hẽdente. ꝛ cui hoc cõpetit ex officio. vt dicit Tho. ij. ij. q. lxij.

Et ſbdit. q̄ pncipib⁹ terre ex h̄ imīnet
piculū. ꝓpt̄ h̄ em̄ ptāte publica potiū-
tur. vt. ſ. ſint iuſticie cuſtodes. In alijſ
aūt enūeratis in ꝟſib⁹. nō tenet̄ hō ad
reſtitutionē niſi i certis caſib⁹. ſcꝫ qn̄
hō ꝓbabilit̄ credit. qđ ſuū ꝯſiliū fuerit
efficax. ꝛ q̄ alias ſine ſuo ꝯſilio nō fu-
iſſet facta oblatio. Silr̄ nō ois palpo
vel adulatoꝛ tenet̄. ſ; ille q̄ adulādo in
citat ad auferendū. laudās ꝓ illo. ꝛ di
cēs ſignū eē ſtrenuitatis. Et maxime
tunc tenet̄ ad reſtitutionē qn̄ ꝓbabilit̄
credit q̄ ſua adulatio fuerit cā iniuſte
ablatiōis. Idē intelligat̄ de detrahēte
ſi ꝓpt̄ detractionē ipſe audiēs ꝓuocat̄
ꝛ dānificat iiuſte eū cui detractū ē. Et
dicit ſctūs Tho. ij. ij. q. lxij. q̄ pncipa-
liter reſtituere tenet̄ illi q̄ ſunt pncipa
lioꝛes in facto. Primo q̄dē pcipiens
dānificationē fieri. ꝛ ſecūdario ipe exe
quens. ꝛ ꝯſequēter oēs alij obligant̄
ꝑ ordinē. qn̄ tn̄ vn⁹ reſtituit illi dānuꝫ
q̄ damnū paſſus eſt. tūc eſt eidē totali
ter ſatiſfactū. nec aliq̄s coꝝ tenet̄ eidē
aliq̄d vlteri⁹ reſtituere. ſ; illi q̄ ſūt pn-
cipales i facto ꝛ ad q̄s ꝑueīt res tenēt̄
ſatiſfacē illis alijs qđ reſtituerūt. Qđ
ſi nō facerēt. tūc ceteri tenent̄. vt videt̄
ſinguli ꝓ ꝑtib⁹ ſuis q̄ i ſolidū ſatiſfec.

C ¶ Notādū hic q̄ ſic ſunt nouē aliena
pctā in ꝟſib⁹ tacta. q̄bus pctis q̄s ꝑti
ceps efficit̄ alienis delictꝫ in demerito
hic ꝛ i accidētali ſupplicio i futura vi-
ta. Ita ex oppoſito ſūt nouem aliena
merita. q̄b⁹ ꝓximi virtutes nr̄as q̄dā-
modo facē poſſum⁹ hic ꝛ i futuro acci
dētalia p̄mia habebim⁹. Pmāo cū iu-
bem⁹ ꝛ imperam⁹ bonū alijs. vt parē
tes pueris. dn̄i ſuis. magr̄i diſciplis.
ꝑlati ſbditis. iperātes bona. Scđo. cū
ꝯſilia dam⁹ ꝓximis. vt vitēt aliq̄ vicia
vel operēt̄ meritoꝛia. vl̄ ꝟtuoſa opa.
ſic q̄libet pōt docere ꝓximū ꝟbo ꝛ exē
plari vita. q̄b⁹ tot meritꝫ alienis ꝑtici-
pam⁹ q̄t opa bona alij ex nr̄is bōis fa

ciunt. Tertio cū ꝯſentim⁹ i bona alio
rū. vt dn̄i ſuos manumittēdo ꝓ ſacer
dotio ꝛ religione adipiſcēdis. parētes
ſimilit̄. Quarto cum ex laude alicui⁹
virtutis in alio talis ꝓficit. vt fit in in-
gredietib⁹ religionē. vel ꝟginitatē. vl̄
viduitatē laudātib⁹. Quito cū defen-
dim⁹ iniuſte vexatos. vt aduocando.
hoſpicio recipiēdo. vl̄ ſex opa miſeri-
coꝛdie exhibēdo. Matt. x. Qui ꝓphe
tā. id eſt. p̄dicatoꝛē recipit. mercedem
ꝓphete hēbit. Sexto cū cooperamur
alioꝝ bonis. vt ꝑegrinando. ſcribēdo
libꝛos. corrigēdo eoſdē. eccl̄ias ꝛ ſmo
nes viſitādo. Septimo qn̄ ſilētio nr̄o
alios edificam⁹. ꝛ lucutiōe alioꝝ ꝟtu
tes diſcrete attollim⁹. Octauo qn̄ nō
obſtam⁹ virtuoſis alioꝝ exercitijs. ſ;
ecōuerſo fraťna coꝛrectione. ꝛ ſex ope
ribus miſcōie ſpūalibus iuuamus ad
bonum. Nono qn̄ manifeſtam⁹ alio-
ruꝫ miſerias. vt eis ſubueniat̄. Sunt
etiam tertio nouē demerita aliena in
alijs pctis q̄s ſint illa vbi tpaliter dāni
ficat̄ ꝓxim⁹ ꝑ ſcādalū multiplex. q̄ fa
ciliter reples. Et ſic ſūt triplicia nouē
Primo in reſtituēdis. Scđo i merēn
dis. Terio in demerēdis ꝑ nouē mo-
dos ſcādalizādi ꝓximū. ¶ Secundū D
dubiū eſt. quid ſit reſtituendū. Rn̄. q̄
om̄e alienū qđ q̄s iniuſte abſtulit. aut
iniuſte detinet et inuito dn̄o rei tenet̄
reſtituere. Circa qđ notandū. q̄ tripli-
citer ꝯtingit quē iiuſte aliena auferre
vel detinere. Primo cū alteri ex cā li-
cita ad aliq̄d obligat̄ ꝛ ei nō ſoluit alio
inuito. vt cū non reddit depoſitū rite
repoſcēti. ñ reſtituit accōmodatū. nō
ſoluit mutuū. nō reddit p̄ciū mercen-
nario. aut nō ſoluit alia debita. vt ſūt
vectigalia telonea. cēſus. decime. ꝛ hu
iuſmōi. ad q̄ ſoluēda q̄s iuſte obligat̄
Scđo cū q̄s iiuſte aliq̄ acq̄ſiuit q̄cūq̧
modo. ſiue ꝑ vſuram. ſiue ꝑ furtum.
ſiue ꝑ rapinam. ſiue ꝑ defraudationē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in menſura liquidoꝝ. vel aridoꝝ. ſiue
per pōdera falſa. ſiue ꝑ fraudē vl' falſi-
tatē. in rei ſubſtātia. q̄ntitate vel q̄lita-
te. vt ſupra dictū fuit. Tertio cū ei a-
liqd tale datū ē in munere. aut reli-
ctum in hereditate. aut in teſtamēto.
aut ē ſibi vēditū ab eo q̄ ius i eo n̄ ha-
buit. eo q res ſua nō fuit. aut ptātē eā
dādi nō habuit. De igit tale opoꝛtet
reſtituere. al's ꝯ ꝑceptū h̄ agit ⁊ g̃uiter
peccat. et iſtis addit q q̄ alteri iniuſte
nocuit. ⁊ dānū in reb⁹ intulit. tenet ſi-
bi damnū recōpēſare. etiā ſi ide nihil
habuit. vt ſi cōbuſſiſti domū meā iiu-
ſte. tenerꝭ mihi ad recōpēſatiōē tot⁹
dāni. q̄uis nihil de domo apud te re-
māſerit. Scd̄o dr̄. q nō ſolū iniuſte ab
latū ē reſtituēdū. ſ; etiā fruct⁹ ei⁹ ſi ſit
res de ſe fructifera. vt ager. vinea. ⁊ h̄
dicūt eē veꝝ de poſſeſſoꝛe malefidei. ⁊
de fructib⁹ q̄ ſupſunt deductis expēſiſ
q̄ fiūt grā fructuū q̄rendoꝝ. cōgregan
doꝝ. ⁊ cōſeruādoꝝ. Si aūt ablatū ſit
res q̄ nō eſt de ſe fructifera vt pecunia
tunc auferēs vel iniuſte detinēs tenet
ad reſtitutionē eq̄ualētis. ⁊ ad recom
penſationē damni qd ille paſſus ē ex
carentia pecunie ſue. nō tn̄ opoꝛtet q
tātū reſtituat q̄ntū ille lucrari potuiſ-
ſet cū pecunia. ſ; ſm eſtimatiōē lucri
qd accidere cōſueuit. pēſato laboꝛe et
infoꝛtunijs q̄ in lucro al's accidere po
tuiſſent. Lucrū. n. nō ſolū penſat vel
cauſat ex pecunia vl' laboꝛe. Nam ſm
Tho. ij. ij. q. lxxij. Qn̄ datio alicui⁹ il-
licita ē. ⁊ ꝯ legē. vt cū qs ſymoniace
dedit. tūc nō pōt repetere. ſ; meret il-
lud datū amittere. nec dꝫ ſibi reſtitu-
tio fieri. ⁊ ali⁹ q̄ ſymoniace accepit nō
E pōt retinere. ſ; dꝫ in pios vſus ꝯuerte-
re. Tertiū ē dubiū. cui ſit reſtituen-
dū. Rn̄. doctoꝛes q illi q̄ ver⁹ dn̄s rei
eſt. aut iniuſte damnificat⁹. ſi eſt viu⁹
⁊ noſcit. Sꝫ ſi nō eſt pn̄s. dꝫ expecta-
ri aduentus eius. ⁊ tunc ſibi reſtitui. ſi

ſaltem ſperatur aliq̄n reuerſurus. Si
aūt nō ſperat reditus eius. tunc ſi res
eſt magni valoꝛis. dꝫ ſibi tranſmitti ſi
pōt cōmode fieri. Nec obſtat dic̄ ſanct⁹
Tho. ſi remittēs damnū remittendo
patiat. qꝛ ipſe ſibiipſi hui⁹ damni cau-
ſa fuit. ꝑ hoc q alteri ſuum iniuſte ab-
ſtulit vl' detinuit. Si aūt trāſmittē non
poſſit aut ſi foꝛte res nō ſit magni va-
loꝛis. ita q nō poſſit ſibi remitti ſine
maioꝛi incōmodo q̄ res eēt ſibi vtilis
ſi eā haberet tūc pōt eā dare aliq̄bus
cognatis ei⁹ ꝓpinq̄oꝛib⁹. qꝛ pſumit le
ge nāe. q ille velit magꝭ reſtitutionē fi-
eri ꝓpinq̄s ſuis q̄ alienis. Et ſi nō ha-
beret cognatos. aut nō noſcerent. poſ
ſet rem ꝯmittere vni in cenobio cū ta-
li ꝑſtatiōe q reddere teneat. ſi vnq̄
req̄ſierit vel cōparuerit. aut etiā reſti-
tuat heredib⁹ ſuis ſi vnq̄ tales cōpa-
ruerint. Si aūt dn̄s rei reſtituēde. vel
ipſe dānificat⁹ oīno incert⁹ ſit. ⁊ ignot⁹.
nec poterit ſciri. ⁊ ſilr̄ heredes ei⁹ igno
rant oīno. nec ſciri pn̄t adhibita ſuffi-
ciēti diligētia. tūc paupes ſūt heredeſ
eaꝝ reꝝ reſtituendaꝝ. Nō. n. ille iniu
ſtus ablatoꝛ vl' detentoꝛ alienaꝝ reꝝ ꝑ
hoc deobligat a reſtituendo. nec pōt
ſibiipſi retinere. ſ; tenet dare ꝓ aīa illi
us cui reſtitutio debeat. ſi vō dn̄s rei
reſtituēde ē moꝛtuus. det heredibus
ſuis. Et ſi nō ſciunt heredes nec facta
diligēti inq̄ſitōe ſcire pn̄t det paupib⁹
ꝓ ſalute aīe ſue ſm modū ꝑmiſſum.
Cui. n. non pōt tempaliter reddi. red-
dat ſpūalit. Redditio aūt ſpūalis fit
cum dat paupibus ꝓ ipſo ⁊ ꝓ ipſius
aīa. Quartū dubium ē. Per cuius F
manus debent talia diſtribui paupe-
ribus ⁊ reddi. Rn̄. q ꝑ manus cōfeſſo
ris vel alicuius alterius de cuius fide
litate confidat. Sed dicit Sco. q non
inuenerit. quis neceſſario determina
tus ſit mediatoꝛ i diſtribuēdo paupi-
b⁹ illa. Et addit. Videt mihi q tal' ꝑ

ſeipm poſſit paupib⁹ reddere ⁊ diſtri-
buere. conſilio tñ alicui⁹ boni viri. qꝛ
poſſet cõtingẽ ꝙ daret tali mediatori
de cui⁹ fidelitate ꝯfideret. ⁊ ꝙ talis tñ
ſibi ipſi applicaret. vł alijs vſib⁹ ꝙ̃ de-
beret. Vñ vbi lex diuia vł eccleſiaſtica
nõ ligat pſonã. ſequẽda ẽ rõ nãlis. Il-
la aũt magꝫ dictat ꝙ pſona q̃ tenetur
magis reſtituat p ſeipam ꝙ̃ p aliã. nõ
tñ excludẽdo ꝯſiliũ boni viri. ꝫ magis
G includẽdo ¶ Quintũ dubiũ. qñ ſit re
ſtituendũ: Rñ. ꝙ quilibꝫ tenetꝛ ſtatim
reſtituere alienũ. niſi dilationẽ volun
tariã habeat ab eo qui ẽ dñs rei. quia
vt dictũ eſt ṗus. ſicut ẽ cõtra iuſticiaꝫ
⁊ dilectionẽ ꝓximi ⁊ ꝯtra pceptũ dei
auferre alienũ. Ita ẽ ꝯtra iuſticiã. con
tra dilectionẽ ꝓximi. ⁊ ꝯtra diuinũ p-
ceptũ tenere alienũ iniuſte. iõ eſt ma-
gnum pctm̃. ꝫ cõſtat ꝙ p nullũ tẽpus
lꝫ pctm̃ cõtinuare. ꝫ q̃libet tenetꝛ pctm̃
ſtatim deſerere. tã q̃ ad actũ volũtatis
elicitũ. ꝙ̃ q̃ ad actũ exteri⁹ imperatũ
Iuxta illõ Ecci. xxj. Quaſi a facie co
lubri fuge pctm̃. Igitꝛ quilibet tenetur
ſtatim reſtituere ablata. aut quecunqꝫ
aliena in q̃bus nõ hꝫ ius. niſi ipe obti
neret voluntariã dilationeꝫ a dño rei.
qꝛ nõ lꝫ detinere alienũ. id ẽ. eo nolen
te. Ab iſto tñ excipit Sco. aliq̃s caſus
in q̃bus ſm eũ licitũ eſt differre reſti-
tutionẽ exteriorẽ. dũmõ aſſit interior
reſtitutio. id ẽ. firma volũtas reſtituẽ-
di ꝙ̃cito occurrẽt circũſtantie oportu
ne. Et illi caſus cõphẽdunt ſub hac
maxima. Licitũ eſt detinere rem alie-
nam. qñ ille ſcꝫ dñs rei rõnabiliter de
beret velle eã detineri. ꝫ in aliq̃b⁹ caſi-
b⁹ rõnabilitꝛ deberet velle q̃s rem ſuã
detineri defacto. q̃ tñ hꝫet firmã volun
tatẽ reſtituẽdi. poſitꝫ ibi ad h̃ circũſtã-
tijs oportunis. Prim⁹ illoꝝ caſuũ ſm
Sco. eſt. qñ reſtitutõ ad ſtatim eẽt no
tabilitꝛ damnoſa cõitati. tũc nõ tenetꝛ
ille ſtatim reſtituere. qꝛ in tali caſu al-
ter deberet velle reſtitutiõeꝫ nõ ſtatim
ſibi fieri. qꝛ magis dꝫ velle bonũ cõita-
tis. ⁊ iõ dꝫ rõnabiliter velle aliqualeꝫ
dilationẽ illius reſtitutiõis boni vtiſ.
Scõs caſus. qñ reſtitutio eẽt damno-
ſa ei cui dꝫ fieri. vt reddere gladiũ fu-
rioſo q̃ mediãte ſe vł aliũ interficiat. et
dicit ſanct⁹ Tho. ij. ij. q. lxij. ꝙ ſi res re
ſtituẽda apparet ꝓ nũc grauiter noxia il
li cui reſtituẽda foret vł etiã alteri. tũc
non dꝫ reſtitui ei. qꝛ reſtitutio ordinatꝛ
ad vtilitatẽ illius cui reſtituitꝛ. Dia eñi
q̃ poſſidentꝛ ſub rõne vtilis cõtinentꝛ.
Nec tñ q̃s dꝫ ſibi eã appropriare i ta-
li caſu. ꝫ dꝫ reſeruare vt cõgruo tpe re-
ſtituat. vel alicui tradere tuti⁹ ꝯſeruan
dã. Terti⁹ caſus ẽ. qñ immediata reſti
tutio eẽt diffamatoria reſtituẽti. ſicut
fur occultus non tenetꝛ ſtatim defacto
reſtituere. ꝫ põt captare tẽpus in q̃ ſi-
ne ſui diffamatiõe reſtituat. Dꝫ tñ hꝫre
volũtatẽ reſtituendi ꝙ̃cito oportune
poſſit. ⁊ dꝫ ad h̃ diligẽtiam adhibere.
Addit etiã Sco. ꝙ qñ ablatio fuit oc-
culta. tũc nõ tenetꝛ ablator ſe prodere.
nec tenetꝛ p ſeipm reſtituere ꝫ põt hoc
facere p aliã pſonã diſcretã ⁊ fidelem.
⁊ expedit p ꝯfeſſorẽ cui ṗus ẽ pctm̃ in
cõfeſſiõe detectũ. ſuppoſito ꝙ ſibi cre
datꝛ de fideliter reſtituẽdo id qđ ſue fi-
dei cõmiſſum ẽ. Et etiã ꝙ caute reſti-
tuat ſine manifeſtatiõe eius q̃ ṗus ab
ſtulit. ⁊ nõ reſtituit. Et in tali caſu põt
reſtitutio differri quouſqꝫ voluntas et
oportunitas talis pſone medie poſſit
haberi. ¶ Quartus caſus. qñ accele- H
ratio reſtitutionis eẽt multũ damno-
ſa reſtituere debẽti. ⁊ breuis dilatio re
ſtitutionis nõ eẽt dãnoſa. vł non mul
tũ damnoſa ei cui fieri deberet. tũc ite
rũ nõ tenetꝛ ſtatim reſtituere de facto.
ꝫ ſufficit ꝙ ſtatim ex affectu reſtituat.
cũ ceſſabũt ipedimẽta hincinde. Qui
tus caſus qñ q̃s ẽ oino impotẽs ad re
ſtituendũ. Talis eñi ꝓtũc nõ tenetur

ꝫ cū ꝑuenerit ad pinguiorē fortunā.
Actio enī nō extinguit̄ ꝑ inopiā. ꝫ ſo-
pit̄. Et talis debet hr̄e fortē voluntatē
reſtituēdi. ſi aliqñ potēs erit ad hoc.
Et ſanct⁹ Tho. ij. ij. q. lxij. dic̄. ꝙ i hoc
caſu debet hō remiſſionē petere ab eo
cui reſtituendū ē. vel ſaltē voluntariā
dilationē. ꝛ h̄ petat aut ꝑ ſe. aut ꝑ aliū
Et videt̄ ꝙ pari rōne ſit faciēdū i caſu
p̄cedēti. Hec ſunt dicta de reſtitutiōe
I facta. ꝛ de bonis fortune. Sed ꝗrit̄.
quō reſtitutio ſit faciēda ď bonis cor-
poris q̄ ꝗs aufert. Rñ. Sco. vbi p̄us.
ꝙ q̄ occidit aliquē iniuſte ſi ſibi ꝓ illo
a iudice ſm legē iſti⁹ loci iſligit̄ mors
vt ſic vitā reddat ꝓ vita. debet illā pa-
tiēter ſuſtinere. ꝛ ſic ſoluere penā illā.
Si aūt ſibi a nullo infligit̄ iudice. tūc
expedit ſibi vt vitā ſuā exponat in cau
ſa iuſta. vt ꝯ infideles ꝛ iīmicos eccl̄ie
ꝓ reſtitutiōe faciēda illi cui vitā abſtu
lit. Qd̄ ſi nō velit tantā reſtitutionē fa
cere. nō pōt tñ a reſtitutiōe oīno immu-
nis eē. ſicut q̄dā dicit Sco. abſoluunt
homicidas. nec eis reſtitutionē neceſ-
ſario incūbentē iiungētes. q̄ſi facili⁹
poſſit trāſire homicida ꝗ̄ canicida. vl̄
bouicida. q2 ſi ꝗs occidiſſꝫ bouē ꝓxi-
mi ſui vel canē. nō abſolueret̄ ſine re-
ſtitutiōe. Tenet̄ ꝗ̄ ille ad reſtitutionē
faciēdā equalentē vite quā abſtulit. ꝛ
hoc eo mō q̄ pōt equalētia i talib⁹ eē.
Nec hoc ſoluꝫ tenet̄. ꝫ vt addit Sco.
Si interfectus ſuſtētabat aliꝗs. vt pa
trem matrē vel ꝓpinꝗs tenet̄ interfe-
ctor oibus illis ad tantā reſtitutionēꝫ
quātā eis abſtulit ꝑ interfectionē illi⁹
K De mutilatione vo. aut alia corpo
rali leſione. dicit Sco. debet fieri reſti
tutio per pecuniā. ꝛ illa debet reſpon-
dere non ſolum dāno quod ꝗs incur-
rit ꝑ mutilationē pro toto tēpore vite
ſue quo vſurus fuiſſet mēbro abſciſo.
ꝫ etiā debet reſpōdere expēſis appoſi
tis i curatiōe. ꝛ vltra h̄ placationi leſi

que reꝗreret̄ etiā ſi nō eēt talis muti-
latio. ꝛ ꝯſolatiōi ſic afflicti. q2 ꝑpetua
eſt ſibi deſolatio de tali mutilatione.
Plus etiā ſm Sco. pōderāda ē muti
latio paupis ꝗ̄ diuitis. q2 paup plus
indigebat mēbro abſciſo ad victū ne-
ceſſariū acꝗrēdū. De talib⁹ reſtitutio
nib⁹ fiēdis ꝓ vita ablata. aut ꝓ muti-
lationib⁹ mēbroꝝ. aut leſionib⁹ ꝛ dā-
nis corpis. dic̄ ſanct⁹ Tho. ij. ij. q. lxij.
ꝙ in q̄ nō pōt recōpēſari equalēs. ſuf-
ficit ꝙ recōpēſet̄ qđ ē poſſibile. ſic ptꝫ
de honorib⁹ q̄ ſunt ad deū. ꝛ ad parē-
tes. qbus nō pōt reddi equalēs. vt dꝫ
. viij. Ethi. Sic etiā in ꝓpoſito qñ illđ
qđ ablatū eſt. nō ē reſtituibile ꝑ aliqđ
eq̄le. debet fieri recōpēſatio eq̄lis poſ-
ſibilis ē. puta cū aliꝗs alicui abſtulit
mēbrū. debet ei recōpēſare i pecunia
vel in aliq̄ honore. ꝛ ſilibus ꝯſiderata
cōditiō e vtriuſqꝫ ꝑſone. ꝛ ſm arbitriū
boni viri. Scđo ꝑncipalit̄ dicēduꝫ L
eſt de reſtitutōne bone fame ablate in
toto vl̄ in pte. Ubi notādū ſm Tho.
ꝛ Sco. in. iiij. diſ. xv. Ex dictis ſancti
Tho. ij. ij. q. lxij. ꝙ q̄drupliciť ꝯtingit
aliquem dannificare alium in fama.
Primo veruꝫ crimē ſuū de eo mani-
feſtando ꝛ iuſte. vt cum ꝗs maliciā al
terius manifeſtat ei q̄ corrigere habet
Aut ſi incorrigibilis ē. manifeſtat in
cōſpectu eccl̄ie. ꝛ hoc bona intētiōe ſ.
vt cōfuſus a pctō deſiſtat. vel ſaltē vt
alij diſcedāt ab ei⁹ ꝯſortio infectiuo ꝛ
corruptiuo. ſeruato tñ ordine iuris et
fraterne correctionis. Et q̄ iſto modo
manifeſtat crimē alteri⁹. ꝛ ſibi aufert
famā. nō peccat in hoc. nec tenet̄ ſibi
famā reſtituere. Scđo dānificat quis
aliū fama. ꝛ hoc iniuſte. ſcꝫ falſum cri
men ſibi imponēdo. id eſt. falſe eū co-
rā alijs accuſando de crimīe de q̄ non
eſt reus. Et q̄ illo mō accuſat ꝛ primū
dānificat i fama ſua. grauit̄ peccat. q2
maius ē auferre famā ꝗ̄ tēporalia. ꝛ

qui aufert tp̄alia alteri grauit̃ peccat.
vt dictū fuit ſupra p̄cepto.v.ca.viij.q.
.x.Et p̄cepto.vj.ca.ij.H.ḡ quiꝰ peccat
q̄ ſic iniuſte aliū dānificat i fama.Ho
mīnes eñ plus diligūt famā ſuā q̄ꝫ tē
poralia ſua. Talis eñ ſic falſe ꝛ iīuſte
dānificās ꝓximū. tenet̃ ſibi famā ſuā
reſtituere. ꝛ hoc illo mō ꝙ verbū ſuū
retractet abſolute apud oīs ad q̄s ꝑ
eū ꝑuenit.dūmō ſciat ꝛ poſſit. Debet
eñ apud oēs ꝯfiteri falſum ſe in h̄ de
illo dixiſſe.vt dic̄ ſctūs Tho.Et Sco.
dicit. ꝙ debet ſic famā reſtituere ꝙ re-
tractet verbū ſuū ſeu illud qđ ſibi fal-
ſe impoſuit. ꝛ hoc ita publice ſicut ſi-
bi impoſuit.qꝛ alias nō ſuat iuſticiaꝫ
in reddēdo ꝓximo qđ ſuū ē. Ex quo
hō tenet̃ reſtituere tp̄alia.vt dictū eſt.
multo a fortiori tenet̃ reſtituere famā
ſic iniuſte ablatā q̄ eſt multo p̄cioſior
tp̄alibus. Vn̄ Prouer.xxij.dr̄. Me-
lius eſt nomē bonū q̄ꝫ diuitie multe.
N ¶ Sed diceret aliq̄s.Nō imponit ta-
le crimē in publico aſſerēdo illud de
eo.ſꝫ murmurat ꝛ incaute ꝛ indiſcrete
loquit̃.vel alicui corā pluribꝰ loquit̃.
ꝛ narrat hmōi nō tanq̄ꝫ ſibi certū.ſꝫ di-
cit ſe ſic audiuiſſe. An talis teneat̃ fa-
mā illi reſtituere. Rn̄.Sco.dicēs. Ra-
ra fides. ideo qꝛ multi mēta loquunt̃.
Et ideo ſic murmurās.aut incaute lo-
quēs de alio falſum crimē. ſcꝫ dicēdo
apud alios.forte ille fecit. h̄ certe pōt
eſſe ꝙ ꝙ fecerit.aut dicēdo . ego audi-
ui ꝙ ille fecerit hoc.Et h̄ niſi ex mō di-
cēdi talis oñdat aliquam certitudinē
maiorē q̄ꝫ ex relatiōe cōi. nō aufert ex
nā actus illi in opinione illoꝝ audien-
tiū.qꝛ ſi illi firmit̃ ꝯcipiant ꝛ credāt ex
hoc illū de q̄ eſt ſmo crimioſuꝫ eē. le-
ues ſunt. qꝛ q̄ cito credit leuis ē corde
verūtamē qꝛ a ſcādalo puſilloꝝ opor-
tet cauere. Iuxta illud Pauli.j.Cor.
.viij. Si eſca mea ſcādalizet fratrē me-
um.nō mādūcabo carnes ineternū. Et
multi ſunt tales puſilli leues ad cre-
dendū mala.ꝛ iō ꝑiculoſuꝫ ē corā ipſis
talia audita ex relato referre Et ſi hoc
fiat ex intētione mala.vt ſcꝫ aio ꝛ intē-
tione ledēdi famā illiꝰ de q̄ ſmo ē.tūc
nō eſt facile excuſare q̄n ſit ꝯ charita-
tē.ꝛ ꝑ ꝯſequēs mortale.Si aūt fiat co-
rā talibꝰ puſillis ꝛ leuibꝰ ad credendū
mala.ꝛ fiat ex icōſideratiōe. durꝫ eſt
dicere ꝙ exeat genus pctī venialis.qꝛ
lingua i lubrico poſita ē.ꝛ q̄ nō offen-
dit v̄bo hic ꝑfectꝰ ē vir. Et dicūt aliq̄
ꝙ ſi q̄s ex alicuiꝰ tali relatione notaꝫ
infamie icurriſſet apud illos apud q̄s
ſic locutꝰ ē. tenet̃ ille ſibi reſtituere fa-
mā.ꝛ dicere apud eos ſe falſuꝫ in h̄ de
iſto audiſſe.ꝛ minꝰ caute ſe locutū fu-
iſſe.vel ꝙ ſibi nō fuerat credēdū.cū ta-
le ꝯ ꝓximū dixit q̄m illud retulit ꝯtra
bonū ꝓximi de q̄ nullam certitudinē
habuit.vl̄ aliq̄ ꝯſimili mō reſtituat ꝓ-
ximo famā ꝓut meliꝰ potuerit. ¶ Ter- N
tio ꝯtigit ꝙ aliq̄s dānificat. ꝓximū in
fama.ꝛ hoc verū de eo dicēdo.ſꝫ iniu-
ſto mō.vt cū q̄s occultū crimē alteriꝰ
ꝓdit ꝯtra debitū ordinē. ſeu cū veruꝫ
crimē alteriꝰ. ſꝫ occultū nō ſeruato or-
dine iuris ꝯtra eū in publico ꝓponat.
De hoc dicit ſctūs Tho.tenet̃ illi dā-
nificata in ſua fama reſtituere famam
inq̄ntuꝫ pōt. tū ſine mendacio vt ꝙ ſe
dicat male dixiſſe.vl̄ ꝙ iīuſte eū diffa-
mauerit.vel alio tali cōmodo mō . Et
ſi nō pōt famā ſibi reſtituere.debet ſi-
bi illud dānū aliter recompēſare.ꝓut
etiā de alijs dānis ſupius fuit dictuꝫ.
Et Sco.de h̄ dicit.ꝙ talis nō tenet̃ re-
tractare verbū ſuū.qđ ꝓpoſuit i publi-
co qꝛ ſic faciēdo mētiret̃.cū ſciat illud
qđ ꝯtra eū ꝓpoſuit eē verū. ꝛ iō nō de-
bet mētiri ꝓpt̃ qđcūq̄ bonū alteri red-
dendū.imo in nullo caſu ē mētiendū
ſꝫ tenet̃ alio mō licito ſibi reddē famā
vt ꝑ hmōi v̄ba nō credatis eū eſſe talē
Male enim dixi ꝛ fatue dixi , ꝛ illud

ſuū dictū tunc eſt verū . q2 nō ſeruato
ordine iuriſ ꝓpoſuit in publico. qđ nō
fuit verū publicū. ⁊ ĝ in hoc male ſtul
te ⁊ fatue dixit. ⁊ illa ſuaſio ſcz nō re
puteris eū eſſe talē eſt bona. q2 ꝗlibet
pſumēdus eſt bon⁹ donec ꝓbeť ꝯtra
riū. Iuxta illud Extra de ſcrutinio in
ordie faciēdo. Hūana fragilitas iſtuz
quē indignū eē nō nouit dignū debet
eſtimare. Sed illud nō ē ꝓbatus ma
lus corā illis. ⁊ ĝ hoc pſuadendū ē eis
vt eum nō reputēt indignū ⁊ malum.

D Quarto ꝯtingit quē dānificare aliū
in fama. ſcz verū crimen. ſʒ occultū in
publico ſibi impoſitū negādo. q2 ipſʒ
q̄ ſibi crimē imponit oſidit in hoc mē
dacē. ⁊ notat eū ꝺ calūnia. id ē. de fal
ſi criminis impoſitione. Et de illo dicit
Sco. ꝙ ille ſic negans nō teneť retra
ctare negationē ſuā q̄ negauit i publi
co verū crimē ſibi impoſitū. q2 vt dic
nō teneť in publico ꝗcunq3 ſtatim in
iudicio ꝯfiteri ſe reū. niſi fuerit conui
ctus. Teneť tñ ꝑ ꝗdam ꝟba ſobria. vt
ſtatim añ ħ dictū fuit reſtituere famā
illi accuſanti. q̄ indirecte notauit ꝺ ca
lūnia. videlʒ dicēdo. Nō habeatis eū
ꝓ calūniatore. q2 credo ꝙ habuit intē
tionē bonā in ꝓponēdo. vel forte ipſe
credidit ſe ꝓbare poſſe intentū ſuū et
decept⁹ ē. Ex ꝗbus ptʒ quā periculo
ſum ⁊ magnū pctm̄ ſit aliquē īfamare

P Tertio pncipaliter dicendū eſt ꝺ dā
nificāte aliū in aīa ſua. id eſt. in bonis
anie. quō reſtituere teneť. Ubi notan
dū ſcḋm Sco. ꝑ bona anie intelligēdo
bona moris q̄ acꝗſita corrūpunť ⁊ ac
quirēda impediunť. ꝑ vitia em̄ ⁊ pctā
virtutes iā acꝗſite corrūpunť. ⁊ q̄ de
berēt ex bonis actib⁹ generari. pvicia
impediunť ne generenť. In illˀ bonis
aie. ſ. ꝟtutib⁹ ⁊ actib⁹ ꝟtuoſis nō pōt
vn⁹ aliū directe dānificare auferendo
ea ſibi ſic auferunť exteriora bōa. aut
infundēdo ſibi ꝯria. ſ. vicia ⁊ pctā. ꝗa

pctm̄ intātū ē pctm̄ inꝗntuʒ ē volūta
riū. nā ſi nō eēt voluntariū nō eēt pctm̄
vt dicit Aug⁹. in de vera religiōe. igiť
ſola voluntate ꝓpria pōt ꝗs ſic directe
dānificari. ſ. in ſeipo cauſando volitio
nes malas ⁊ pctā. Pōt tñ vn⁹ dānifi
care aliū indirecte. ſcz trahēdo ex intē
tione a bonis opib⁹. ⁊ ſic impediēdo
a generatiōe virtutū. ⁊ inducendo ad
mala opa ꝗbus ꝟtutes corrūpunť. ⁊
vicia generanť. Et talˀ inductio ad ma
lū ⁊ retractio a bonis cōtingit multis
modis. videlʒ iubēdo. ꝯſulēdo. pſua
dendo. rogādo. deridēdo bona. ⁊ lau
dando mala. ⁊ ſic de alijs modis. Ad
ꝓpoſitū igiť primo dicenduʒ. ꝙ q̄ aliū
ſic dānificat in iſtis anie bonis grauiť
peccat. q2 cōtra dilectionē dei agit. eo
ꝙ retrahēdo a bonis minuit honorez
qui deo exhiberet. ⁊ inducēdo ad ma
la auget dei inhonorationē ⁊ offenſaʒ
Agit etiā ꝯ dilectionē ꝓximi. cui de
beret velle ⁊ facere bonū. ſʒ vult ⁊ fa
cit ſibi malū. ⁊ pctm̄ ē tanto grauius.
quāto damnū ē maius qđ ꝓximo in
ferť. Exempli grā. grauius peccat ce
teris parib⁹ q̄ dānificat ꝓximū i libra
ꝗ3 ſi in ſolo denario. cuʒ aūt bonū aie
ſit ineſtimabiliter meli⁹ bonis corpis
aut fortune. ſic aīa incōparabiliť meli
or eſt corpe. ſequiť ꝙ mlťo graui⁹ pec
cat qui dānificat aliū in bonis aie. vt
in virtutib⁹ ⁊ opibus bonis ꝗbus me
reť eternū bonū. ꝗ3 peccet q̄ dānificat
in bonis corpis aut fortune. Scḋo N
dr. ꝙ ſic dānificās aliū in bonis aie te
neť ſibi ad reſtitutionē modo poſſibi
li. vt dicit Sco. Et patet. q2 cum bona
virtutuʒ ſunt maxima bona inter oīa
humana bona in pſenti vita ſcḋm Aug.
libro pmo retractionū. plus dānificat
ꝓximū q̄ in iſtis eum dānificat. ꝗ3 in
quibuſcūq3 alijs. ⁊ ꝑ ꝯſequēs plus te
neť ſcḋm iuſticiā ad reſtitutionē ſuo ꝓ
ximo de tali faciēda. quātū ſibi poſſi

bile eſt. ꝙ̄ de alijs bonis. Talis aūt re
ſtitutio fiat ſic vt ille dāniſicās illū dā
nificatū ſuadēdo. inducēdo. exhortā
do. ⁊ alijs bonis modis efficacit̃ idu-
cat ad pniam ad vite emēdatione͂. ad
actus bonos. ꝟtutū generatiuos. Et
ſi nō ſufficit ſua ꝓpria ꝑſuaſio. aut ex-
hortatio ⁊ ſimilia. adducat alios effi-
caciores. dūmodo tn̄ ill̃ nō ꝓdat pctm̄
illiꝰ occultū. Et ſi nō ſufficiunt ꝑſua-
ſiones hmōi ⁊ inductio ad bonū. qꝛ
faciliꝰ eſt ꝑuertere ꝙ̄ cōuertere. tūc te
net̃ vltra hoc quantū pōt impetrare
illi ꝯuerſione͂ ꝑ orōnes ꝓprias. ⁊ ꝑ ora
tiones aliorꝝ ꝑ ipm̄ impetratas ⁊ ꝓcu
ratas ⁊ alijs ſiīibus. aut melioribꝰ mo
dis poſſibilibꝰ. dānificās igit̃ aliquē
in bonis aīe tenet̃ ſibi reſtituere quā-
tum ſibi ē poſſibile. ſemꝑ tn̄ ſic agēdo
ꝙ nō publicet illius occultū peccatū.
⁊ eiꝰ ꝑſonā quā noſcunt. aut noſcerēt
veriſimiliter pro futuro. Ex his ē dili
gēter cōſiderandū ꝙ̄ magnū pctm̄ eſt
ſollicitare ⁊ inducere aliū ad peccādū
qꝛ i ſe eſt magnū pctm̄. ⁊ vltra h̄ tenet̃
homo illi reſtituere ⁊ dānū recompē-
ſare. qd̕ homo vix pōt facere ad cōdi-
gnū. eo ꝙ volūtate͂ iam electā ad ma
lum vix pōt homo reducere ad ꝟtute͂
Pauci etiā ſunt q̇ ſic reſtituere tenen
tur. cū tn̄ multi ſunt q̇ ſic reſtituere te
neant̃. Creberria em̄ ē illa dānificatio
⁊ maxīe circa iuuenes vtriuſqꝫ ſexus
q̇ ſepiſſime inducunt̃ ad mala ſupra-
dictis mōis ⁊ nōnūꝙ̄ maiorꝝ exēplis
peſſimis corrūpunt̃. Sed qd̕ facien
dū eſt d̕ eo q̇ dānificat aliū retrahēdo
eū a religiōe: R̄n̄. Scō. ꝙ ſi q̇s abſtra
xit a religiōe aliquē iā obligatū ad re
ligione͂ ꝓfeſſiōis obligatiōe tenet̃ age
re reſtitutiōne͂. dānificauit. n. religiōe͂
in illa ꝑſona. tenet̃ agē vt ille redeat ad
religione͂. ſꝫ ſi aliquē diſpoſitū ad itrā
dū relione͂ retraxit. aut ipediuit ne in-
traret. ⁊ h̄ nō fecit intētiōe cōſulēdi ꝓ-
prie vtilitati ſꝫ ſine fraude. aut ex aliq̄
rōnabili cā. ſꝫ fecit intētione nocēdi re
ligioni. ⁊ tūc qꝛ intereſt inter hic. ⁊ in-
ter ꝓpe eſſe. iō nō tenet̃ ad tantā reſti-
tutione͂ religioni. ad quantā teneret̃
ſi ille fuiſſet in religione acceptꝰ actu
aliter. Tenet̃ tn̄ ad aliqua reſtitutione͂
vt ad inductione͂ illiꝰ retracti. vt ad-
hoc ingreddiat̃. vl̕ ad inductione͂ aliq̄
lem alicuiꝰ alteriꝰ aliqualiter equale͂
tis. ita tenet̃ reſtituere religioni iiuſte
ꝑ eū dānificate. Perſone ꝟo ꝑ eū in-
iuſte dānificate. vt quā retraxit extra
religione͂. aut quā ipediuit ne igrede-
ret̃. tenet̃ etiā ad reſtitutione͂. Tenet̃
em̄ eū oī diligētia induce͂ ad intrādū
monaſteriū. qd̕ ſi nō pōt efficere. aut
forte ille que͂ impediuit ne itraret po-
ſuit ſe ad ſtatū nūc incōpoſſibile͂ reli-
gioni. vt matrimonij. tenet̃ ſibi in ſua
ſionibꝰ ⁊ in alijs ſpūalibus bonis ad
equiualentiā illorꝝ bonorꝝ in q̇bus eū
dānificauit retrahendo a religione. ⁊
ad q̄ maiora ꝓfeciſſet in religiōe ꝙ̄ in
ſeculo. Et hoc tenet̃ facere ſm̄ modoſ
ſupra poſitos de dānificato in bonis
aīe quo ad virtutes. aut ſm̄ alios me-
liores ꝓut poterit.

Capitulum. viij.

Cum viui ſatiſfacere poſſint ꝓ
defunctis. ⁊ ꝓ morituris. ⁊ ꝓ
alijs viuis ⁊ illā negligēdo gra
uiter peccēt. Idcirco adhuc de ſatiſfa
ctione. ſcꝫ quō ꝑ ſuffragia poſſumꝰ ſa
tiſfacere pro mortuis tria oſtendent̃.
Primo q̄ aīe iuuari poſſint ꝑ ſuffra
gia. Scd̕o q̇bus rebꝰ iuuari pn̄t. Ter-
tio q̄ eas iuuare pn̄t. De pmo notan
dū. ꝙ ſex ſunt loca aīarꝝ. vt dic̄ mgr̄ in
.iiij. circa diſ. xx. ⁊ xxi. Et Tho. cum
alijs theologis. videlicet celū. infernꝰ
dānatorꝝ. lymbꝰ puerorꝝ. lymbus pa-
trū. hic mūdus. ⁊ purgatoriū. Et ſolū
in purgatorio. ⁊ hic exiſtētibꝰ ꝓſunt
ſuffragia quo ad liberationem peue.

In primis em̄ locis exn̄tibus nō pro-
ſunt ſuffragia.ſ.exn̄tibus i celo ꝑ mo
dū indigētie q̄ ad p̄miū cētiale.dicē
te btō Aug. Iniuriā facit martiri qui
orat ꝓ martire. Prodeſt tñ eis ſuffra-
giū ad p̄miū accn̄tale. qꝛ gaudiū ē in
cel' ſup vno pctōre pniam agente Luc
.xv. Orare em̄ ꝓ talibus i cel' infideli-
B tatis eēt. Eſt aūt certū aliquē eſſe in
celis q̄ntupl'r. Prio ꝑ bibliaꝫ noui te
ſtamēti de aplis.dempto Iuda. Se-
cūdo de patrib⁹ veteris teſtamēti per
bibliā veteris teſtamēti. Tertio q̄ ſuſti
nuit martyriū ꝓ fide.etiā ſi añ pecca-
uit.vt de Cypriano refert Aug.q̄ ſalx
martyrij abſtulit venialia ab eo. Quar
to ſi poſt baptiſmū ſtati decedat par-
uulus.ꝛ tūc ſi ipſo p̄ñte celebraꝛ miſ-
ſa.dici dꝫ ꝓ oibus defunctis vel alijs.
Si aūt maior iſante moriꝛ. tūc pōt ꝓ
eo celebrari.cū beat⁹ Greg.iiij.dialo.
dicat damnatū pueꝝ necdū q̄nquēnē
Si etiaꝫ adult⁹ ſtatim poſt baptiſmū
moreretꝛ orari pōt ꝓ eo.qꝛ forte nō pe
nituit niſi ꝓ mortalib⁹.ꝛ tunc indiget
ꝓ venialib⁹. Quinto ſi ē canonizat⁹ ꝑ
eccl'iaꝫ. In ſcd'is loc' nō ꝓſunt ſuffra-
gia.ſ.exn̄tibus i dānatoꝝ iferno. Vñ
Aug. Si patrē meū eē in iferno ſcirē.
nō plus ꝓ eo q̄ꝫ ꝓ diabolo orarē.ꝛ te-
ſte eccl'ia. In iferno nulla ē redēptio.
Sm legē cōez.qd̄ dr̄ xp̄c Trayanū quē
btūs Greg.liberaſſe legiꝛ d̄ iferno o-
C rādo. Eſt aūt certū eē i iferno hereti
cos p̄.ſcd'o iudeos.ꝫtio paganos. De
xp̄ianis aūt ñ ſic certū ē.q̄uis.n.pcm̄
coꝝ manifeſtū ſit.nō tñ pena.vñ pō ꝓ
eis orari i ſecreto. Et p̄ñt ſuffragia fie-
ri ꝓ ill' q̄ ſeipos occiderunt.q̄ in bello
iniuſto mortui ſūt.q̄ duello iterierūt.
aut q̄ i torneamēt' ſuccubuerꝛ. aut cū
meretrice. Dic.n. Aug.in d̄ cura pro
mortuis hn̄da. Pro oib⁹ dꝫ fieri oīo ſꝫ
nō dꝫ fieri publice ꝓp̄ ſcādalū. Exem
plū habes de Greg.iiij.dial'.q̄ ꝓ ꝓpite
tario orare diu diſtulit. Sil'r debet fie
ri ſuffragiū ꝓ ſuſpēſis ꝛ iuſte dānat' ꝛ
ſbito mortuis.qꝛ etiā latro i cruce pe-
nituit. Si aūt inueniaꝛ ſbito mortu⁹.
qui p̄us bone vite fuit.publice oīo dꝫ
fieri.qꝛ iuſtus ſi morte p̄occupat⁹ fue
rit.i refrigerio erit Sap.iiij. In tertio
nō ꝓſunt ſuffragia.ſ.exn̄tibus in lym-
bo pueroꝝ.qꝛ nō ſunt in ſtatu diſpoſi
to.ſicut nec iſti in inferno.qꝛ nō ſūt de
cōitate fideliū. Eſt em̄ vna vniuerſalis
eccl'ia in charitate ꝯiūcta.q̄ ē ſocietas
ꝛ amicitia ſpūalis. de q̄ in ſymbolo.
Sanctoꝝ cōionē. Et pš. Participem
me fac deus oim̄ timentiū te ꝛc. Ideo
quicq̄d vnus lucraꝛ ꝑ orōnes penitēs
hic ꝛ in illa ſocietate eſt oim̄. aut q̄ ad
cōgratulationē.aut quo ad ſubuētio-
nem.ſꝫ iſti in inferno damnatoꝝ ſunt
de ſocietate diaboli ꝛ velut mēbra pu
trida.ꝛ q̄ in lymbo pueroꝝ ſunt.a ſo-
cietate ſanctoꝝ ſunt excluſi.iō nō pro
ſunt eis nr̄a ſuffragia. In q̄rto nō ꝓ-
fuerūt.ſ.exn̄tibus in lymbo patrū.nō
quo ad meritū.qꝛ nullū eſt poſt hāc vi
tam.nec ad ſatiſfaciendū.qꝛ nō habe-
bant ſatiſfacere. niſi ꝓ debito huma-
ne nāe totius.qd̄ ſolus xp̄s ꝑ infinitū
meritū tollere potuit. In q̄nto loco D
exn̄tibus.ſ.in h̄ mūdo ſuffragiū ꝓdeſt
ſcꝫ tam illi q̄ facit q̄ꝫ iſti aie ꝓ q̄ facit.ſi
eſt in purgatorio. Prio em̄.id ē.ſatiſ-
faciēti pōt ꝓdeſſe tripl'r. Vno mō ad
merendū ſi ſit in charitate. Nihil em̄
minus mereꝛ de gaudio celeſti q̄ꝫ ſi ꝓ
ſe fieret ſuffragiū.Sm illō pš. Oratio
mea in ſinū meū cōuerteꝛ. Immo q̄ñ
q̄ꝫ plus mereꝛ q̄s orādo vel celebrādo
ꝓ alio q̄ꝫ ſi ꝓ ſe faceret. qꝛ maiori fer-
uore charitat' ſuccēſus videꝛ q̄ ſcintil
las feruoris mittit ad alios. maxie ad
inimicos. In cui⁹ euidētiā xp̄o orante
ꝓ inimicis latro ꝯuerſus ē ad pniam
Et ſm Aug'. Stephano orante pro
inimicis. Paulus tandem conuertiꝛ

Alio modo prodeſt faciēti ad ſatiſfa-
ciendū ꝑ ſe indirecte. qꝛ ſi iſte ꝓ quo
ſuffragiū fit nō indiget. vt qꝛ eſt in ce-
lo. aut qꝛ nō eſt capax. vt ſi eſt in infer
no. qñ tūc ſuffragiū faciēs eſt talis in-
tentiōis habitu. ꝙ ꝑ ſe faceret ſi non
crederet ꝓdeſſe illi. tunc ſuffragiū ſa-
tiſfacit ꝓ faciēte ſi indiget. Si autē nō
indiget. dicit Pe. pa. diſ. xlv. q̄rti. tunc
in ſuffragio dꝫ ſemꝑ eē implicita in-
tentio facientis. vt alijs ꝓſit indigenti
bus hic vel i purgatorio. Si aūt fiunt
ſuffragia multa ꝛ ſpālia ꝓ illo q̄ nō in
diget. vt qꝛ ē in glīa. vl' in inferno ꝛ ſu-
pereſt. vl' qꝛ minus indiget. tūc diuidi
tur indigētibꝰ ꝑ deū. ſic ſm Aug. i re-
gula dī. Cū daṫ veſtis i monaſterio. vl'
aliud nō indigēti. dat abbas illi q̄ indi-
get. Et idē dicit Tho. Et ꝓbat ex ſmōe
quodā Dam. de doꝛ. Tertio mō indi
recte ꝓdeſt faciēti q̄ ad oꝛonis ſbſidiū
qꝛ iſte cui ſuffragiū preſtaṫ. ſiue ſit in
celo ſiue in purgatorio. teneṫ orare ſal
tem cū liberatꝰ fuerit ꝓ faciēte ſuffra
giū al's eēt ingratꝰ. Vñ Math. x. Si
quidē fuerit filius pacis. reſidebit ſuꝑ
illū pax vr̄a. ſin aūt ad vos reuertetur.
Quarto mō tñ nō prodeſt directe ad
ſatiſfaciendū. Vñ ſi tibi iniūctum eſt
vnū pſalteriū. ꝛ defuncto iniūctū fuit
aliud pſalteriū. ſi dico ꝓ defuncto vnū
pſalteriū. adhuc ſum obligatus ad di
cēdum aliud ꝓ me. Sīle eſt in huma
nis debitis. ſi debeo vnū flor. Iohan
ni. ꝛ frater meꝰ eidē etiā vnum. dando
vnū ꝓ fratre nō me acquitaui. In pur
gatorio aūt exñtes ſunt in magnis de
bitis erga deū. que debita ſi nemo eis
ſubuenit luere oportet penis. ꝛ ſic ſa-
E tiſfacere. Ex p̄miſſis pꝫ. ꝙ mſtis mo
dis meliꝰ eſt orare ꝓ mortuis fidelibꝰ
q̄ꝫ pro viuis. qꝛ mortuꝰ. aut ē me igno
rāte in inferno. ꝛ tūc gdū glīe merui ꝑ
opus bonū. ſi ſum i charitate ꝛ ſatiſfa
ctio cedit mihi. Si aūt ſum extra cha
ritatē. ꝑ actum ſuffragij diſpoſui me
ad charitatē aliq̄liter ꝛ opꝰ feci ad mi-
nus p̄meritoriū ꝛ ſi nō meritoriū. aut
eſt i purgatorio. ꝛ tūc lꝫ ſm oēs nihil
mihi mereri poſſit nec ſibi. tñ ſm mul
tos ꝓ me pōt exaudibiliṫ orare. ſicut
Hieremiaſ. ij. Mach. xv. orauit exau
dibiliṫ ꝓ iſrl'. Et ſm oēs ad minꝰ ora-
bit ꝓ me cū venerit ad celū. Aut iā eſt
in celo. vl' vt iā dictū ē. erit ibi. tūc ſci
ent illos q̄ ꝓ eis orauerunt. ꝛ ꝓ eis o-
rabunt. imo etiā ſi ſuffragantes ꝓpter
pctā ſua ill' nō ꝓfuiſſent. adhuc ꝓ eis
orabunt. Et rō ē. qꝛ amicitia i v̄tuoſo
cōſiderat affectū plus q̄ꝫ effectū. ſunt
aūt tunc hñ in charitate ꝑfecta. ꝑ qu
oꝛo eoꝝ exp̄ſſa audiṫ faciliṫ. Secꝰ aūt
eſt de viuo qñ ꝓ eo oro. qꝛ forte igno-
rat ꝙ ꝓ eo oro. ꝛ ſic non orabit ꝓ me.
Itē forte ē pctoꝛ. ꝛ ſic modicū valebit
Itē ſi ē iuſtꝰ nō tñ in voto ſemꝑ exau-
diṫ. In ſexto exñtibꝰ loco. ſ. in pur- F
gatorio ꝓſunt ſuffragia. Tum qꝛ cha
ritatē hñt q̄ facit eos capaces. Tū etiā
qꝛ de nr̄a fidelium ſunt ſocietate. vt ta
ctum fuit de exñtibus i lymbo puero
rum de cōione eccl'ie. De loco huius
purgatorij ſex ſt videnda. q̄ tradit Tho.
ſuꝑ. iiij. diſ. xij. Pmo ꝙ ſic ꝓbaṫ aucto
ritate ſcp̄ture. ꝑ illō. ij. Mach. xij. Sā
cta ḡ ꝛ ſalubris ē cogitatio ꝓ defūctis
exorare. vt a pctis ſoluanṫ. q̄ purganṫ
Itē ꝓbat Greg. iiij. dyal. ꝑ exēpla plu
ra. Et ꝑ illud. j. Coꝛ. iij. Si q̄s edifica
uerit ſuꝑ fundamentū hoc. id ē. xp̄m
aurum argētum ꝛ lapides p̄cioſos. et
ſeq̄tur videlꝫ lignum. fenum ꝛ ſtipulā
vniuſcuiuſq; opus q̄le ſit ignis ꝓba-
bit. Itē Dionyſius vlti. ca. cel'. hierar.
cōmemorat ritū p̄mitiue eccl'ie oran
tem ꝓ mortuis. Itē autoritate phoꝝ
Socrates. n. libro q̄ dr̄ phedron pla-
tonis. quecūq; inq̄t aīe ꝓuidebūṫ me-
diocriṫ egiſſe venient i locū vbi ꝑ penas
abſoluenṫ. Et ponit aīas bonas habe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re nullā penā. mediocriter bonas. me
diocrē hic penā. malas aūt magnas.
Ad idē ē Auicēna. ix. metaph. ſue. ca.
vltio. q̄ tn̄ machometiſta fuit. Ad idē
eſt Hermes Termegiſt⁹ ad Eſcula,
piū. Kōne etiā ſic Oportet ſatiſfacere
quēcūq̄ penitētē. ſ3 aliq̄ moriūt̄ i cha
ritate q̄ nō ſatiſferūt ꝑ pc̄tis ꝑterit̄. ḡ
oportet i futuro alicubi ſatiſfacere ꝛ h̄
eſt purgatoriū. Exēplis ꝓbat Grego.
G .iiij. dial. ¶ Secūdo notat q̄ triplex ē
purgatoriū. Vnū in p̄nti vita ꝑ tribu
lationes toleratas vt oportet. Aliud
in alia vita ſm legē cōmunē. tā ꝓpe in
fernū dānatoꝝ. vt idē ſit ignis q̄ dam
natos cruciat. ꝛ q̄ electos purgat. Si
cut ab eodē igne aurū purgat̄. ꝛ ferrū
cremat̄. vt exēplificat. Tertiū purga,
toriū eſt ſm diſpenſationē. ꝛ ſic quan
doq̄ in diuerſis locis aliq̄ puniri le,
gunt̄. vel ad viuoꝝ inſtructionē. vł ad
mortuoꝝ ſubuentionē. vt viuentibus
eorum pena innoteſcēs ꝑ ſuffragia ec
cleſie mitiget̄. Tertio notat q̄ duplex
eſt pena aiarū i purgatorio. Vna ſen
ſus qua diuīa iuſticia ꝑ ignem punit.
Alia dāni q̄ cōſiſtit in ꝑuatione viſio,
nis beatifice ad tp̄us. Et de vtraq̄ di,
cit. q̄ minia pena purgatorij excedit
maximā penā hui⁹ vite. Vn̄ Aug. de
va ꝛ falſa pnīa. Hic ignis purgatiōis
ꝛ ſi eternus non ſit. miro mō eſt ḡuis.
excedit em̄ omnē penā quā vnq̄ quis
paſſus eſt in hac vita. Nunq̄ in carne
tanta inuēta eſt pena. licet mirabilia
martyres paſſi ſint tormenta. ꝛ multi
nequit̄ iniqui quāta ſepe ſuſtinuerūt
ſupplicia. Itē Aug. libro de igne pur
gatorij. Dic̄ aliq̄s. Nō ad rem ꝑtinet
q̄diu moras habeā. tn̄ vt ad vitā eter,
nē ꝑueniam. Nemo hoc dicat fratres
chariſſimi. q2 ille ignis purgatori⁹ du
rior erit q̄ quicq̄d poteſtis in ſeculo.
aut videre. aut excogitare. Et ſtatim
ſubiungit. Ideo totis virib⁹ vnuſq̄ſq̄
laboret capitalia crimia ꝛ minuta pec
cata ita operib⁹ bonis redimere. vt ex
ipſis nihil videat̄ remanere qđ ignis
ille poſſit abſumere. Exemplificat ibi
q̄ durꝝ ſit hic digitū3 modicū in igne
tenere. q̄nto plus totā aiā3 medullit⁹
Dicit etiā cōis theologoꝝ opinio. q̄
purgatorij pena incōpabilit̄ ē maior
penis mūdi. De pena dāni ꝓbat. quia
quāto aliq̄d magis deſiderat̄. tāto ei⁹
abſentia eſt moleſtior. ꝛ q2 affect⁹ q̄ de
ſiderat̄ ſummū bonū poſt hāc vitā in
aiabus ſc̄tis intēſior eſt. q2 nō retarda
tur affect⁹ moleſtia corpis. ꝛ etiā q2 ter
min⁹ fruēdi iā ſummo bono aduenīſ,
ſet. niſi aliq̄d impediret. iō d̄ tardatio
ne maxie affligunt̄. De pena ſenſus
ꝓbat. q2 cū dolor nō ſit leſio ſ3 leſiōis
ſenſus. tāto magis aliq̄s dolet d̄ aliq̄
leſiuo. quāto magis ē ſenſitiuū. Vn̄
leſiones q̄ fiūt in locis maxie ſenſibi,
libus. vt in oculo ꝛ in ſilib⁹ mēbris.
maximū dolorē cauſant. Et q̄a totus
ſenſus corpis eſt ab aia. iō ſi in ipſam
animā3 aliq̄d leſiuū agat. de nc̄citate
oportet q̄ maxie affligat̄. ¶ Quarto H
notat q̄ aie voluītarie ꝛ cu3 mag̃ patia
ſuſtinēt penā purgatorij. Pat3. q2 ha
bēt cor rectū. ꝛ ꝑ ꝯñs ꝯformāt voluta,
tatē ſuā diuie voluntati ꝛ iuſticie. Itē
ois ſapiēs vult illud ſine q̄ nō pt ꝑue,
nire ad finē intētū. ſ3 ſine illa pena nō
p̄nt venire in celū. Itē petūt ſuffragia
cū maxio deſiderio. ſm illō Iob. xix.
Miſeremi mei miſeremi mei ſaltem
vos amici mei. Habēt em̄ aie purga,
torij q̄druplicē ſcia3. vnā ꝑ ſpēs infu,
ſas a deo. ſic̄ alie ſbe ſepate. Scđa3 ꝑ
ea q̄ hic didicerūt. Tertiā ꝑ anias illic
aduenīētes. Quartā ꝑ āgelos bonos
reuelātes. Quinta3 ꝑ malos. ſc3 aliq̄n
eas ſm Tho. deridētes. ¶ Quito no I
tat. Boni angeli nō puniūt aias i pur
gatorio. q2 eoꝝ ꝯciues ſūt amiciſſimi
tn̄ poſſibile ē q̄ eas ad loca penarum

deducāt. nec cruciant miſterio demo-
nū. q2 aie eoꝝ victores fuerūt. Poſſibi-
le tñ ē. q ipi demões q̄ ꝺ pctis hoiꝫ le
tant aias comitent cū deducūt ab an
gelis ſctis ꝛ aſſiſtant purgādis. Tū vt
earū penis ſatient. Tū vt i earū exitu
a corpe ſuū aliq̄d recipiāt. In h aūt ſe
culo qñ adhuc loc⁹ pugne ē puniunt
hoieſ ꝛ a malis āgelis ſic ab hoſtib⁹.
vt pꝫ de Job. ꝛ a bonis. vt pꝫ de Ja-
cob cui⁹ neru⁹ femoꝛis angelo pcutiē
te emarcuit. Geñ. xxxij. Sola aūt di-
uina iuſticia aiaſ igne mediāte purgat
Sic aurifaber p ignē aurū. ſic tribula
granū ꝛ cauterio medic⁹ moꝛbū. Que
dā etiaꝫ ibi pctā leuia illuc deportata
purgāt. vt dic̄ Greg. iiij. dial. ꝛ Aug.
de vera pnia. Omes ꝺo pene ꝓ pctis
q̄ntūcūqꝫ grauib⁹ debite. qs penas nō
plene deleuit h cōtritio. ibi ignis pur
gabit. Sic pꝫ q i purgatoꝛio ſūt q̄dru
plices pene. Pꝛio carcer loci mal⁹. q̄a
in fra ꝛ ꝓpe īfernū. Scdo ignis vnifoꝛ
mis ſꝫ ſm diuinā iuſticiā diffoꝛmiter
crucians. Tertō demonū aſſiſtētia cru
ciatiua. Q̄rto puatio btitudis. Eſt āt
triplex ignis purgatoꝛi⁹. Prim⁹ ē in
alio mūdo i purgatoꝛio q̄ erit acerbiſ-
ſim⁹. Cui⁹ officiū ē triplex. videlꝫ pur
gare a pctis venialib⁹. a penis ꝓ moꝛ
talib⁹ ꝯtritis. ꝛ ꝓ venialib⁹ ꝓ q̄b⁹ h nō
eſt ſatiſfactū. ꝛ ab alijſ ſcorijs aie q̄ ſūt
habit⁹ vicioſi. erroꝛes. ꝛ fomes. Scds
ignis ē citi⁹ purgatoꝛi⁹ q̄ erit i ꝯflagra
tione mūdi. Terti⁹ purgatoꝛi⁹ ignis ē
tribulatio pñtis vite. ꝛ ille m̄lto plus
purgat ꝛ citi⁹ q̄ ignis i loco purgato-
rij. q2 meritū ē nc pñe auget ꝛ modic⁹
multū de pctōꝝ penis delet. ꝛ moꝛta-
lē culpā ꝛ venialē delere pt q̄ ad penā.
Sꝫ ignis purgatoꝛij pmi ſolū delet ve-
niale pctm̄ ꝛ penas debitas ꝓ moꝛtali-
bus ꝯtrit̄. ꝛ venialib⁹. ſꝫ nihil meret ꝺ
gaudio. ꝛ icōpabilit tñ ē maioꝛ tertio
igne. Sexto nōt q vna aia citi⁹ pur
gat q̄ alia. vt docet aplˢ. j. Coꝛ. iij. ex
emplificās ꝺ ligno feno ꝛ ſtipula. q2 q̄-
dā venialia ſunt maioꝛis adherētie q̄
alia. ſm q affect⁹ mag̃ ad ea inclinat
ꝛ foꝛti⁹ i eis figit. id talia tardi⁹ purgā
tur. Que aūt aie acerbi⁹ purgāt. vel q̄
tardi⁹ ſciēdū. q acerbitas pene ꝯre
ſpōdet q̄ntitati culpe. ſꝫ diuturnitas re
ſpōdet radicatione culpe in ſubiecto.
Vñ pōt ꝯtingere q aliq̄s in purgato
rio diuti⁹ moꝛet q̄ min⁹ affligit. ꝛ ecō-
uerſo. Hec pfata ſunt Tho. vbi ſup.
Abbas Joachim li. ꝺ ſemie ſcptūraꝝ
dic̄. Magni pctōres q̄ vere i fine vite
penitēt in purgatoꝛio igne vſqꝫ ad no
uiſſimū diē tres cremari opoꝛtē credē
di ſunt. Armican⁹. li. ꝺ q̄ſti. armenoꝝ
li. xiij. dic̄. Veriſile ē m̄ltos vſqꝫ ad re
ſurrexionē glioſaꝫ oim electoꝝ i pur-
gatoꝛio remāſuros q̄ m̄lta purgatiōe
indigebūt. ¶ Capitulum. ix.

Q Uo ad ſecūdū pncipale. p q̄ vi
delicet anie defunctoꝝ iuuari
poſſint. Rñ. ſꝫ Greg. iiij. dial.
Et doctoꝛes i. iiij. diſ. xlv. Pꝛio vꝫ ieiu
niū. Scdo pl⁹ elemoſyna. Tertio plus
oro. Q̄rto maxime ſacrificiū altar̃. ſꝑ
intelligēdo ceter̃ parib⁹. Sub illis in
quatuoꝛ plura alia comphēdunt. ſic
dictū eſt ſupꝛa tertio pcepto de ſatiſfa
ctione. Pꝛimo valet ieiuniū. vel vigi
lia. abſtinentia a delectationib⁹. cibis
vel alijs ſolatijs coꝛpoꝛeis alias licit̃.
Siliter aſperitas lecti ꝛ veſtiū. flagel
latio. genuflexio ꝛ pegrinatiōes. ꝯtri-
tio. ꝛ hmōi. ꝛ hec aiabus applicata va
lent p viā iuſticie ꝛ p modū ſolutiōis
pene. Unde dicit. xiij. q. ij. aia. Jeiu-
nia viuentiū ſunt auxiliū defunctoꝝ.
ſic q de⁹ ea acceptat ꝓ aiabus defun-
ctoꝝ tanq̄ p ipſas hoc factuꝫ eēt. Vñ
beatus Dñicus ferrea catena triplicē
diſciplinā omi nocte recepit. Vnā ꝓ
ſe. aliā ꝓ defunctis. tertiā ꝓ peccatori-
bus viuis. Nā ſicte in carcere exiſtētes

non poſſes ſoluere ſtatim .x. florenos
q̄s teneris. ego tot ꝓ te dãdo. te libera
rē. ſic etiã in ꝓpoſito eſt de carcere pur
H gatorij. ¶ Ex q̄ pꝫ ꝙ ꝯſultū ē valde hic
ꝑ talia purgari. pſertim ꝑ infirmitates
⁊ alia patienť ſuſtinēdo dū viuim⁹. q2
tūc ⁊ ſpãle meremur in pñia gaudium
⁊ ſatiſfacim⁹. Qñ aūt nob defunctis
q̄s ꝓ nob ſuffragať tūc meritū ſibi ma
net. ſ3 op⁹ ſatiſfactoriū inq̄ntū tale ſolū
ſubuenit nob. Exēplū de hic purgan
do ſe. oꝫ ꝑ Greg. i omel. vbi refert. ꝙ
Emilian⁹ diues lapſus in quoddã vi
ciū monaſteriū intrauit. ſe mľtipľr af
flixit. matutinas in mōte extra mona
ſteriū ꝑuenit. vbi abbas i medio no
ctis ſup eū lumē velut ſolē vidit. ⁊ cū
ab eodē deꝑhenſus eſſet poſtmodū ⁊
interrogatus in monaſterio q̄d egiſſ3
tarde ꝯfeſſus ē. ꝙ etiã in ipa luce audi
uit dimiſſuꝫ eſt pctm̄ tuū. Pauor etiã
⁊ timor mortis quoſdam purgat hic.
Vñ Greg. iiij. dial. dicit. Plerūq3 de
culpis minimis ipe ſolus pauor egre
diētes aīas iuſtoꝝ purgat. ſic narrant
de q̄dã ſctō viro frequēter q̄ ad mortē
veniēs vehemēter timuit. ſ3 poſt mor
tem diſcipulis i ſtola alba apparuit ⁊
q̄ꝫ preclare ſit ſuſcept⁹ indicauit. h ibi.
Et beat⁹ Aug⁹. li. de viſitatōe infirmo
rū loquēs ſacerdotib⁹ de hoibus mo
rituris ſic dic. Abſoluēdi ſūt oēs abſo
lutionē dūtaxat rogātes. nec ſuſpen
dendi ſūt a fideliū cōione q̄b⁹ mors ti
meť ſine dilatōe ⁊ q̄s pctoꝝ amara re
cordatio. vľ eijciet i lachrymis vľ met⁹
mortľ ducit ad veniã. ſic ſcptura teſtať
⁊ territi purgabūť. ſ. Job. xlj. h Aug.
C ¶ Scdō valet elemoſyna etiã ꝑuiã in
ſticie ꝑ modū redēptōis ꝓ aiab⁹. Et
illud melius ē q̄ꝫ ieiuniū. q2 bonū hu
manū q̄nto cōius tãto meli⁹. elemoſy
na aūt plurib⁹ dať interdū. Et ſub iſto
cōprehēdūť oia opa miſcdie corpalia
Siľr ⁊ ſpūalia impenſa ꝓximo ꝓpter
aīas defunctoꝝ. Vñ datio donoꝝ. can
delarū. panū. ⁊ hmōi ꝓ miſtris eccľie
valet defūctis. Hec aūt hic ꝓ ſe facta
ſicut dictū ē de ieiunio pl⁹ nob valerēt
Exēplū poit Greg. i. iiij. dial. de Pa
ſcaſio dyacono cardinali maximo ele
moſynario ⁊ lr̄ato valde. q̄ nō ex mali
cia ſ3 ex ignorãtia duob⁹ i papatu ele
ctis. poſtea aīo adheſit illi q̄ min⁹ ius
habuit. Paſcaſio igiť defūcto. ſanct⁹
German⁹ epus capuan⁹ de ꝯſilio me
dicoꝝ i thermis ſe lauare volēs. eū ſer
uientē i feruēti aq̄ reperit. a q̄ cū q̄ſiſſ3
cãm tãte ſuitutis. Rñ. ꝙ ꝓpť adheſio
nē ꝑdictã. Et ſi inq̄t ꝓ me oraueris. et
reuerſus nō me hic iueneris. liberat⁹
ſum. Qd ⁊ factū ē. Et dic Greg. ꝙ ele
moſynis Paſcaſi⁹ meruit liberari ci
ti⁹ ⁊ Germani ꝑce. ¶ Tertio valet pro D
aiab⁹ oīo ⁊ pl⁹ ceteris partib⁹ q̄ꝫ ꝑcedē
tia. ⁊ h ꝑuiã gr̄e ⁊ ꝑ interceſſioneꝫ mē
broꝝ xpi. Meli⁹ ē. n. op⁹ charitatis q̄d
dirigiť in deū. vt oīo. q̄ꝫ q̄d dirigiť i ſe.
vel in ꝓximū. vt ſolū ieiuniū vľ elemo
ſyna. Vñ dic Sco. ſuo q̄ðli. q. penul.
Inť oia meritoria oīo magis hꝫ rōnē
meriti. applicabilis alteri. q2 ipa de ra
tione ſui eſt placatiua ⁊ reconciliatiua
deo. ⁊ etiã iſti⁹ ꝓ quo ꝑ ipm orantē of
ferť. h ille. Vñ ſm Pe. paľ. in. iiij. diſ.
.xlv. oīo ſanctoꝝ in pñia valet ꝓ aiab⁹
quaꝝ forte bñficijs ꝑus adiute ſūt. dū
hic viuerēt. Valēt etiaꝫ ꝑces. pſertim
viatoꝝ iuſtoꝝ. ⁊ ꝑ oibus oīonib⁹ bea
ti Anť. vel alioꝝ. valet q̄ ad deuotiōeꝫ
oīo dñica. ſ. Pater nr̄. q2 iudex nr̄ fa
ctus eſt aduocatus nr̄. cui eēt oppro
briū venire ꝯtra ſuū monitū. ⁊ infrin
gere vel caſſare q̄d ibi docuit ⁊ forma
uit. vñ in cemiterio ⁊ alibi dici dꝫ. q2
etiaꝫ eſt oratio ſpūſſancti q̄ ſm apľm
poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarra
bilibus. id ē. nos poſtulare facit. Va
lent etiaꝫ plus q̄ꝫ noſtre orationes vi
gilie defunctoꝝ ab eccľia inſtitute. q2

ex ope opato.id ē.ex ordinatiōe ꝛ iten
tione eccl'ie. Exēplū de h refert Vin-
ceñ.in ſpe.hyſto.de ſctō Johanne ele-
moſynario pͥiarcha. Huic em̄ quidā
diues dedit octo libras auri .petēs vt
oraret ꝓ ſalute filij ꝛ fratris ꝛ nautarū.
ꝛ nauis.moriť filius ꝛ circa eadē tpa
nauis mergiť cū oībus ꝯtentis.niſi ꝙ
hoies ꝑſati euaſerūt.ſuꝑ quo cū ama
ricareť diues.vidit in ſomnis ſimilē
Johāni elemoſynario ſibi dicentem.
Cur turbarꝭ.nōne ꝓ ſalute petere iuſ
ſiſti.fili⁹ ſaluat⁹ ē.ꝛ ſi vixiſſet ī mūd⁹ fu
iſſet.alij in vita ſūt tuiti.ꝛ niſi orō ꝛ ele
moſyna interceſſiſſent oēs cū naui in
terijſſent. expgefact⁹ igiť diues optie
cōtent⁹ ē. ¶ Quarto ſuꝑ oīa valet dic̄
E Greg.ſacrificiū altaris.id ē.miſſe ce-
lebratio.ꝛ h valet ꝯuiā grē ꝛ iuſticie.qꝛ
meli⁹ eſt op⁹ charitatis cōis.ſ.toti⁹ ec
cleſie ꝙ̄ ꝑuate ꝛ ſpālis ꝑſone. et dr̄ hic
oblātio altaris idiſtincte. vt dic̄ Sco.
vbi ꝑus.ſiue ſit ꝯſecratō ſiue receptio
eucharistie.ſiue opatio alis ſacerdotꝭ
celebrātis in ꝑſona eccl'ie.ꝛ nō accipiť
preciſe ꝓ ꝯtento in eucharistia. qꝛ etiā
ſic ī pixide eēt. Hec aūt oblatio vt ſit
deo accepta.oportet ꝙ offerať a ꝑſōa
vel a perſonis acceptis deo. ſm illud
Geñ.iiij. Reſpexit de⁹ ad Abel.ſ.ꝑ.et
ad munera ei⁹.ſ.ſcdo. Vñ qñ ꝗs cele
brat miſſā.oblatio fit ꝑmo a xp̄o. ꝗ ſa
cramētū illō ſic īſtituit fieri .ſm illud
Joh.vj. Panis quem ego dabo caro
mea ē ꝓ mūdi vita.qꝛ xp̄s ē ſumm⁹ ſa
cerdos.ꝗ lꝫ imediate nunc nō offerat.
alꝛs eēt infinitū meritū. tñ mediate of
fert ꝑ miniſtrū. Fit ſcdo a xp̄i paſſiōe
ꝛ ab ea hꝫ efficaciā inꝙ̄tū ibi ſpeciali-
ter ꝯmemoratio xp̄i paſſiōis habetur
verbis.ſignis.ꝛ meditatiōib⁹.ſm illō
Luc.xxij. Hoc facite in meā ꝯmemo
rationē. Et.j.Cor.xj. Tertō fit ꝛ acce-
ptať rōne volūtatis eccl'ie gñalis mili
tantis.qꝛ ille intelligiť facere cui⁹ noie

vl' vice fit. vt dic̄ Diony.c.xiij.cele.hie.
Quarto pōt acceptabili⁹ fieri vel fru-
ctuoſius ſacrificiū rōne ꝑſonalis me-
riti offerētis.puta ſacerdotis offerētꝭ.
Quito pōt acceptabili⁹ fieri ꝑ pͥua-
tam ꝑſonā.ſm ꝙ deuoti⁹ petit miſſā
celebrari. Primū ex dictis tam in bo
nis ꝙ̄ in malis ſacerdotib⁹ hꝫ locū et
efficaciā. Quartū ē tm̄ ī bonis. Quin
tū accidit. Vñ ſm Durꝭ.ꝛ Tho.i.iiij.
diſ.xij. Eucharistia ī miſſe celebratiōe
duos fruct⁹ hꝫ ꝑncipalr̄ cōferre. vnū
inꙗ̄tū eucharistia ē ſacramētū dat re-
cipiēti eā deuote maiorē vnionem ad
xp̄m.fidē.ſpem.charitatē ꝛ alia plura
in ꝓpria aīa recipiētis cauſat. Aliō hꝫ
dare eucharistia inꝙ̄tū nō ē ſacramē-
tum ſꝫ etiā ſacrificiū quoddā deo acce
ptiſſimū.ꝓpť prefatas tres cāſ. vl' qͣt-
tuor recitatas.ꝛ ſic hꝫ vim ſatiſfactōis
ad tollendā penā debitā illi ꝓ ꝗ offerť
in miſſa a ſacerdote.ſiue ſit ꝓ peccato
mortali ſiue veniali.tā ī viuis ꝙ̄ ī mor
tuis. Et ſi ꝗris.quātū ꝗ̄ de pena tollit
eucharistie oblatio? Rñ.ſm Duran.
ibidē. Nō ſemꝑ penā totā tollit.qꝛ ef-
fectus hodierne oblatiōis finit⁹ ē.alꝛs
oēs de purgatorio vna miſſa liberaret
ſꝫ plus ꝛ min⁹ tollit ſm ꝙ ſe extēdit de
uotio miſtri offerētis ꝛ vtus ſacrificij
deo ſoli nota ē.ꝛ reat⁹ ſm bñplacitū
dei.ꝛ ſm diſpoſitionē illius ꝓ quo of
ferť. Credit tñ Anbiſiodoreñ.ꝙ nulla
miſſa celebreť ꝓ qua nō plures de pur
gatorio libereť. Nō vitatē dicit hic
Pe.pa.vbi ꝑus ſuper.iiij. Quia qñꝙ̄
multi ſunt in purgatorio ſic diſpoſiti
vt cito libereť. aut qꝛ iā diu ibi ſtete-
runt.aut qꝛ pauc purgāda habuerūt
Et nōdū ꝙ ꝙ̄nto h ꝗtuor ſuffragia
fiūt ex maiori charitate.tāto amplius
proficiunt.ſm Pe.de tharꝭ.vbi ꝑus.
¶ Quantū aūt ſacramētū altaris pro F
aiabus valeat.docet Greg.iiij.dyalo.
vbi ꝑmo refert de monacho noie Ju-

# Preceptum VII Cap. IX

ſtus qui in monaſterio ſancti Greg.
aliquã eiuſdẽ medicus fuit. tres dena-
rios occulte habuit q̃s iueniẽtes mo-
nachi. in mandatis a btõ Gregoꝛ. acce
perũt. vt moꝛituro Juſto nullus adeſ
ſet frater. ⁊ mortuꝰ i ſterquilinio ſepe
liret. moꝛit̃ igit̃. ꝫ penitẽs Juſtꝰ i ſter
quilinio ſepelit̃. tricesimo aũt die iuſ-
ſit Gregoꝛ. ꝓ eo quotidie ꝑ triginta di
es miſſã vnã celebrari. ⁊ tricesimo die
Juſtus apparuit vni de monachis di
cens ſe añ inchoationẽ miſſaꝝ dictaꝝ
male habuiſſe. ꝫ poſtea melius ⁊ iam
liberatũ. Scđo refert de quodã apud
hoſtes detẽto. pro quo vxoꝛ certis die
bus ſacrificiũ offerri ꝓcurabat. longo
aũt poſt tp̃e liberatus innotuit vxoꝛi.
predictis diebꝰ a vinculis fuiſſe ſolu-
tũ. qñ ſacrificiũ altaris ꝓ eo fuit obla-
tum. Tertio refert de p̃ſbytero qui in
thermis calidiſſimis aliquotiẽs ſe la-
uare ↄſueuit. vbi frequẽter reperit ſer
uitoꝛẽ ſibi oĩa exhibentez. q̃ balneato-
res ↄſueuerũt. tandẽ rediẽs ne ingra-
tus eẽt. duas toꝛtas. id ẽ. panes i q̃bꝰ
poterat ↄfici eucharistia ſuitoꝛi obtu
lit. Qui ingemiſcẽs ait. Hoc mãduca
re nõ valeo. ꝫ ꝓ me q̃ſo conſecrare di-
gneris celebrãdo. Dñs em̃ fui loci hu
ius. ⁊ ꝓ meis pctis purgoꝛ. ſi rediens
me nõ inueneris. liberatũ crede. Per
hebdomadã ꝫ p̃ſbyter q̃tidie celebra-
uit. ⁊ rediẽs neminẽ inuenit. Quarto
refert de Agathone epõ cũ nauigãti
romaz tẽpeſtas nauim maxie q̃ſſauit.
nauta aũt eiꝰ naiculã in naui pẽden
tem regere volẽs cũ nauicula fune fra
cto in mare ferebat̃. die tertio veit epõs
cũ quaſſata naui in inſulã hoſticã vbi
celebrauit ꝓ nauta quez putauit ſub-
merſum. reparataq; naui tandẽ venit ad
romanũ poꝛtũ. vbi nautã ambulantẽ
vidẽs q̃ſiuit quõ euaſiſſet. Rñdit ille
Cũ nauicula repleta eẽt aq̃ ibi manſi
qua euerſa. charine ſupſedi ꝑut potui
Cũq; poſt dies q̃nq; famẽ ⁊ laboꝛe fun
ditꝰ deficerẽ. vidi quendã mihi panez
poꝛrigentẽ quo cõfoꝛtatꝰ vidi nauem
tranſeũtẽ. q̃ me huc aduexit. Quo in-
tellexit epũs eandẽ diẽ fuiſſe ſue cele- G
brationis. Quo ad tertiũ p̃ncipale
An ſuffragia facta ꝑ pctõꝛes valeant
defunctiſ. Ñõdũ p̃mo ſm Tho. vbi
ptꝫ. q̃ tria ſunt q̃ faciũt opa viuoꝝ ve
lut cãne quedã ad aĩas defunctoꝝ ꝑ-
uenire. Primũ ẽ charitatis vnio. Se-
cundũ ẽ faciẽtis ſeu ſatiſfaciẽtis intẽ-
tio. Tertiũ ẽ obſecrãtis oĩo. De p̃ ptꝫ.
qꝛ charitas q̃ ẽ vinculũ vniõis mẽbra
eccl̃ie ñ ſolũ ſe ad viuos extẽdit ꝫ etiã
ad defunctos q̃ in charitate deceſſerĩt.
qꝛ charitas ẽ vita q̃ ꝑ moꝛtẽ coꝛpis nõ
finit̃. ſm illõ. j. Coꝝ. xiij. Charitas nũ
q̃ꝫ excidit. idcirco etiã amicitia ⁊ ſocie
tãs diuia int̃ bonos i charitate firma-
ta ⁊ fundata ꝑ moꝛtẽ nõ deſinit. ꝫ ma-
net inter viuos ⁊ moꝛtuos i dño. ⁊ ſic̃
int̃ viuos ⁊ moꝛtuos in dño. inter ſe.
Hec charitatis vnio facit aliq̃ mõ oĩa
cõia int̃ hñtes eius ſocietatez. ita vt in
patria q̃lbꝫ gaudeat de bonis alteriꝰ
ſingul̃ ⁊ in via q̃libet deuotus gaudet
de ſingulis vere bonis ꝓximi. ⁊ i pur-
gatoꝛio q̃libet aĩa de bonis alteriꝰ. de
quibꝰ ponit̃ articulus Sanctoꝝ cõio
nem. immo plus hñs de charitate. de
bonis certis alteri factis ampliꝰ gau-
det ⁊ gratulat̃ ſm interioꝛẽ ↄſolatiõꝫ
⁊ delectationẽ q̃ꝫ gaudeat alius q̃ mi-
noꝛẽ hꝫ charitatẽ. ⁊ cui illud certũ bo
nũ ineſt. De ſcđo videlꝫ de ſatiſfacien
tis intentiõe ptꝫ. qꝛ moꝛtui in memo-
rijs hoim viuũt. Vñ ſicut viuus vnus
ꝓ alio in ſocietate ciuili ſatiſfacere po
teſt. vt ptꝫ in debitoꝛibus. Sic in ſoci-
etate charitatis apud deũ vnus ꝑ intẽ
tionẽ alteri põt dare bona ſua ſatiſfa-
ctoꝛia. inq̃ꝫtum talia. ſiue ſit viuus ſi-
ue defunctꝰ. De tertio videlꝫ obſecrã-
tis affectiõe ſeu oĩone pꝫ. qꝛ ꝑ viã oĩo-

x

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis aliqͥs alteri iterdū impetrat ꝑ maꝫ gratiam. licet nō mereaꝛ. Peccatores etiā deus qñqꝫ audit. qñ ſcꝫ petunt ali quid deo acceptū. qꝛ deus nō ſolū iu- ſtis ꝫ etiā pctōꝛibus bona ſua ꝓuidit. vt ptꝫ Matth. v. nō ex coꝝ meritis. ꝫ ex ſua clementia. Jō ſup illo Joh. ix. De9 pctōꝛes nō exaudit. dič glo. ꝙ ce- cus loquitur nō inūctus. id eſt. vt ad- huc nō plene vidēs. Ad ꝓpoſitū ǵ di- cenduꝫ. ꝙ ſuffragia ſiue fiāt ꝑ pctōꝛes etiā ſeculares ſiue ꝑ iuſtos valere pñt defunctis. ꝛ ſi nō ꝑ charitatis vnionē. tñ ꝑ impetrationē. licet ꝑ iuſtos facta plus valeāt. Hāc viā Tho. expreſſe te nere videꝛ ſuper. ij. diſ. xl. q. iiij. vbi op poſitā opinionē recitās pñtem ſic ap- pꝛobat. Quia inqͭt efficacia ſuffragio rū mēſuraꝛ ſm charitatē eius ꝓ quo fiūt cū tantū valeāt vnicuiqꝫ qñtū me- ruit vt ſibi valerēt. vt Aug9. dicit. Jdo ab alijs veri9 dicit. ꝙ etiā ipſa opatio ſine charitate facta valet ei ꝓ ꝗ fit vṫu- te charitatis eius ꝛ nō opantis. Ꝫ ibi Nec in quarto oppoſitū videꝛ tenere.

D Cōcoꝛ. Guilh. in rōnali diuino. Et Pe. pa. vbi pꝛius ponit qͭttuoꝛ gͣdus valoꝛis ſuffragioꝝ ꝛ operū bonoꝛum. Pꝛimus ē. maxime valet ſuffragium boni factū pꝛo bono. qꝛ oibus modis tribus ꝑdictis pōt valere. Scōus mi- nus valet. licet valeat boni ꝓ malo vi- uo. qꝛ ꝑ modū frequētis impetratōis Tertius mali ꝓ bono. Quart9 mali valet ꝓ malo. qꝛ de9 pctōꝛes nō exau- dit. id eſt. ſič iuſtos. ꝫ ſicut petētes id qͦ eſt cōfoꝛme diuine volūtati. Ex ꝑdi- ctis etiā ptꝫ rñſio ad aliud dubiū. quo queriꝛ vtrū ſuffragia facta ꝓ multꝭ oi- bus ꝓſint, eqͣliter? Rñ. ꝑmo ꝙ ſuffra- giū factū ꝓ multis tātū valet ꝗ ad gau diū cuilibet in purgatoꝛio. qñtū ſi pꝛo quolibet fieret. Et eadē rōne valꝫ etiā ꝓ iſtis aiab9 ꝓ qb9 nō fit. Pꝫ ex ꝑmo mō. qꝛ charitas ſm aplm nō qͣrit que

ſua ſunt. id eſt. ſm Augꝭ. nō ꝓpꝛia cō- munib9. ꝫ cōia ꝓpꝛijs anteponit. Vñ ſicut religioſus bñ diſpoſit9 plus gau- det de legato facto cōitati ꝗꝫ de legato ſibi ſpeciali. Sic ē in purgatoꝛio quo ad cōgratulationeꝫ. Scđo dico ꝙ ſuf fragiū factū ꝓ mltis nō tātū valet ſin- gulis ꝗ ad liberationē a pena. qñtum valeret ſi fieret ꝓ vno vł paucis ex in- tentione dirigētis. ptꝫ qꝛ opus ſatiſfa ctoꝛiū ē finite efficacie in ſatiſfaciēdo. ꝛ qͣnto plurib9 cōdiuidiꝛ. tāto minus ſingulis cedit. Et ē ſiłe in policia hu- mana. Si. n. qͣnqꝫ ſūt in carcere. quo- rū qͣlibꝫ teneꝛ qͣnqꝫ floꝛꝭ. ſi ex ꝑte oim ſoluo qͣnqꝫ floꝛꝭ. nō liberanꝛ in toto. ꝫ ſolū in vno. qꝛ adhuc qͣlibꝫ teneꝛ qͭttu- oꝛ. ꝫ ſi qͣnqꝫ floꝛenos darem ꝓ vno. ille plene liberareꝛ. ſic etiā ē de incarcera tis i purgatoꝛio. Dubitaꝛ adhuc vtꝝ J tātū valeāt ſuffragia ſucceſſiue cōtinu ata. qñtū ſimul facta. vt triginta miſ- ſe ꝑ dies triginta dicte. qñtuꝫ triginta vna die dicte. Et ſic de elemoſyna cen tum floꝛꝭ. ꝑ vnā diē datoꝝ qñtū ſi an- niuerſariū ꝓcureꝛ. ꝛ ſic de alijs. Rñ. Pe pa. tantū vel plus valēt ꝗ ad meri tū inſtituētis. qꝛ magis eſt ad honoꝛē dei cōtinuatio taliū anniuerſarioꝝ. et hoc ꝯſiderās ecclía. ſic inſtituit anni- uerſaria. triceſimos ꝛ ſeptios ꝛ hmōi. ꝫ quo ad celerioꝛē liberationē a pur- gatoꝛio. ꝛ citius videndū deū. plus va let accelerata multiplicatio. qꝛ ſacmē- tum in ꝓpoſito habitū ſi ē ſuffragium altaris. nunqꝫ tantū valet ex ope ope- rato ſicut actu habitum. Et foꝛte ani- ma nō erit tādiu in purgatoꝛio. quo- uſqꝫ vltimū ſuffragiū ꝑ anniuerſariuꝫ fiet. Vñ vtrūqꝫ eſt laudabile. ꝛ poteſt ex fonte charitatis manare. ita vt con- tinuans ſuffragiū diuine laudis con- tinuationē querat. ꝛ ſimul faciens ci- tius velit eū liberari. vt ſtatim deo fru atur, ꝛ ne diu crucietur.